

Gosche, Richard

De Ariana linguae gentisque Armeniacae indole prolegomena

Berolini 1847

L.as. 32 f

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10571665-1


L. A. S.  
32<sup>f</sup>


[Blank paper strip]

L. As.  
32  $\frac{f}{-}$

Gosche, K.







( DE  
ARIANA LINGUAE GENTISQUE  
ARMENIACAE INDOLE  
PROLEGOMENA

SCRIPSIT

RICHARDUS GOSCHE

PHILOSOPHIAE DOCTOR, SEMINARIUM PHILOLOGICI BEROLINENSIS OLIM  
SODALIS, SOCIETATIS ORIENTALIS GERMANICAE SOCIUS.

BEROLINI  
PROSTAT IN LIBRARIA FR. NICOLAI  
MDCCCXLVII.

—  
TYPIS ACADEMICIS.

289. 15.

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.

**PATRI CARISSIMO**

**GRATAE PIAEQVE MENTIS DOCUMENTUM ESSE  
VOLUIT**

**FILIUS.**



1880-1881 ...

...

...

...

...

...

...

...

## DE ARIANA LINGUAE GENTISQUE ARME- NIACAE INDOLE PROLEGOMENA.

Res magnas magni populi dicere non instituo neque inclinatam concidentis deplorare: me convertito ad gentem nostris quidem oculis paullo remotiorem, ad Armeniacam, cuius origines atque primas res indagem. ascendam necesse est ad aetatem cuius non exstant monumenta scripta: nisi tantummodo potero testimoniis quae numquam historiae testimonia esse voluerunt, esse tamen possunt. cuiusmodi tria esse dico, linguam mythum ius cum more; tria quibus omnino mens humana creatrix primam vim exercuit atque patefecit.

Quum enim mens humana uti artifex cuiusvis generis progredi debeat a quadam rerum externarum contemplatione: patet, iis quae creaverit prima illa fundamenta externa atque rerum quibus tum circumdata fuerit naturam cognosci posse. inde vis ut ita dicam historica linguae cuiusque sequitur.

Etenim lingua et antiquissima ars est et antiquissimum artis monumentum: continet ideas mente adhuc intacta conceptas et quasi primos partus editos, proponit nobis primas significationes eorum quibus primum mens mota sit.

Sed in lingua uti in arte distinguendum est inter formam atque ideam. linguae forma est sonus

qui ex ratione naturae gentis pendet; idea est notio quam mens concipit, vox auribus reddit. itaque forma linguae nobis ipsam tradit gentis naturam et quum haec universae cuidam gentium stirpi communis sit affinitatem quae ei cum aliis intercedat. notiones quae rebus externis quasi summae earum imagines gignuntur, nos relegant ad naturam rerum externarum vel regionis quam gens quum linguam formaret tenuit, ita ut nos de primis gentis sedibus edocere possint. quam arcte autem tota linguae ratio cum natura gentem circumdante cohaereat, inde patet quod gentes quae numquam sedes patrias reliquerunt sermonem fere integrum conservant, peregrinatione contra immutant atque corrumpunt. quo intelligitur, in Asia cuius natura tractus maxima ex parte aequales sequatur antiquissimo iam tempore amplas linguarum stirpes inveniri. in America contra propter varietatem climatum permultae linguae maxime inter se diversae exortae sunt quas ad certas paucasque stirpes redigi posse prorsus nego. lingua autem est ea ars quae quum quotidiano usu exerceatur diutissime et fidelissime perstat. quoniam animus in ea summam ponit vim vel ut ita dicam hac potissimum sese patefacit vimque suam divinam prodit, ea in primis intima gentis cuiusque continetur indoles, ita ut maximum gentium discrimen diversis linguis efficiatur. hoc dicere voluit Hebraeus de confusione linguarum mythus, qui nationum discrimen in diversitate linguarum ponit; haec est causa, qua omnis gens agitur ut summis adnitens viribus carissimum linguae bonum sibi conservare studeat.

Secundo nominavimus mythum. siquidem lingua prima fuit gentis actio qua notiones intima mente conceptas edidit vimque suam gignendi cognovit: mytho ultra se ipsum ascendens homo illam vim concipere atque percipere studet quae ultima sit rerum potens atque efficax causa. prima rerum divinarum contemplatio oritur et progreditur a natura rerum quae hominem de supremo numine quaerentem circumstant, ita ut quaeque mythologia condita sit mutuis coeli atque terrae rationibus<sup>(1)</sup>. universae atque primitivae sunt notiones mythologicae, quae coelum terram naturam omnino tangunt, uti de coelo prima numinis notio repeti solet. regionibus soli vicinis sol imperare putatur, gentes maritimae Neptunum variis nominibus colunt<sup>(2)</sup>. quum autem mythus vires naturae hominibus totique mundo dominas praeficiat, necesse est eas in personas constituat atque agere fingat, praeterea nexum inter numina et hominum originem statuatur quo mythi oriuntur quos heroicis dicere solemus. quorum vim historicam exponere prorsus supervacaneum est neque monere me oportet facili transitu mythos prioris posteriorisque generis inter se permutari.

Sed tamen quum mythi indoles ab omni concretionem mortali magis magisque segregari soleat neque quotidiano usu exerceatur serveturque, facile accidere potest ut genti amittatur. neque enim ulla est necessitas ut gens quae maxime rebus externis constituendis firmandisque studeat, continuo deorum recordetur, nisi fortasse uti populus Romanus numina rebus ad vitam quotidianam civitatemque ne-

cessariis subiecerit. maxime quod in lingua etiam fieri diximus peregrinationes mythos permutant: remanent sublimes et universales tantum mythorum primitivorum notiones uti apud gentes Indogermanicas notio Iovis; speciales e certis naturae rerumque gestarum rationibus pendentes facillime intereunt<sup>(3)</sup>.

Tertio loco posui ius sensu hic latissimo accipiendum. homo qui rationem sibimet ipsi cum deo intercedentem percepit, constituere studet res quae ad vitam hominum simul habitantium suamque pertineant. ita iam tempore antiquissimo notio iuris sensu ampliore dicti exoritur. dico hic neque de iure systematis cuiusdam finibus circumscripto neque de iure quod appellari solet gentium: eandem hic intelligo vim mentis humanae quae mythos genuit, foedus cum numine fecit, quae nunc res terrestres poetica quadam ratione redigit. dico de iure populari omnes variasque vitae rationes complectente, quod nunc ex parte dicitur ius consuetudinis, iuris illius primitivi reliquo. omnes iuris istius principis notiones prodeunt ratione vivendi naturae et coelo accommodata: sunt igitur testes temporis prisci uti exempli gratia notiones et nomina populi, vulgi, regis in linguis Indogermanicis plane ad vitam pastorem patrum nostrorum redeunt<sup>(4)</sup>. pertinet vero eiusmodi ius non ad res civiles tantum, sed etiam ad sacras, uti in illo primo culturae animi gradu divina et humana non tam violenter dirimi solent. quum autem ius arctissime cum certissimis vitae conditionibus cohaereat: his mutatis facillime ipsum mutatur atque minorem infirmioremq̃ue in indagandis

gentium originibus auctoritatem habet quam lingua et mythus. sed iure summum hunc fructum praedicemus quem iurisperiti historicam rationem persequentes acquisiverunt, quum omnes iuris notiones ad sensum iuris gentibus insitum referrent.

Iam demonstrasse breviter mihi videor his rationibus quae linguae mytho iuri cum gente ipsa intercedant expositis quanta conferantur ad cognoscendam gentis et primam antiquitatem et veram indolem. certissima autem inter tres via est lingua quam a gentibus fidelissime quam diu possit retineri iam supra dixi. nonnulla etiam multa immutari possunt neque vero tam multa quam in mytho et iure. quibus igitur tribus inest auctoritas quaedam historica, quae quanti aestimanda sit demonstrare iam instituo exemplo gentis longe lateque dispersae, Armeniorum.

Armenii Hebraei que et Sigynnae tres sunt gentes quae in aeternum diis invisae peregrinari atque errare videntur. prima historiae lux nobis Armenios ostendit regionum ab eorum nomine appellatarum incolas, montium de quibus Euphrates et Tigris descendunt. novit hanc gentem Herodotus <sup>(5)</sup> pastoralem adhuc vitam agentem; postea regnum perpotens constituere eos videmus, primos inter populos extra imperium Romanum Christi doctrinam amplecti, postremo fato acerbo in omnes orbis regiones dispergi <sup>(6)</sup>. nobis autem de eorum origine quaerentibus obstat summa relationum penuria, paucarum obscuritas. iam aggrediamur Armeniorum linguam mythos ius quibus fortasse lux desiderata prae-

stetur, et videbimus (ut totius disputationis summam statim initio pronuntiem) Armenios esse annumerandos in gentibus Irânicis vel potius Arianis, iis gentibus quae Indum Paropamisumque inter et mare Caspium praesertim usque ad doctrinae Muhammedicae aetatem regna condiderunt.

Primum quidem de iure dicamus ut graviora de quibus plura dicenda restent. unusquisque facile intelligit gentem propriis domiciliis iam diu carentem 'viventem de mercationibus et laboribus terrae', ut cum Haythone Armeno (7) loquar, proprio iure amplius gaudere non posse. dicunt quidem nonnulli viri docti (8), contineri lingua Armeniaca antiquissimas notiones iuris veteris germanici, uti *supra* *mark* pratum = germ. 'mark' in voce 'markgraf' (cf. pers. *مرز* *marz*, *مرزبان* *marzbân*, *مرزبوم* *marz-bûm*), *کاو* *kau* lutum = germ. 'gau' etc. (9). sed tamen hisce argumentis admodum infirmis quae externam tantum vocabulorum similitudinem tangunt, si multum de eo tantummodo mihi persuaderi potest, ut hos Armenios iis gentibus attribuam quae quondam lingua Germanopersica viri clarissimi de Hammer gavisae sint! nihil certi quod ad Armeniorum ius attineat erui potest.

Plura praebent mythi qui ut rariores antiquiorum gentis Armeniacaе temporum reliquiae superessent, cultus Christianus Armeniam mox occupans effecit. fuerunt enim Armenii uti iam dixi extra imperium Romanum princeps gens quae universa sacris patriis relictis religionem Christianam amplexa

est. incipio notiones mythologicas Armeniorum universaliores.

Nomen generale quo nunc summum numen significare solent, potius philosophorum doctrinam quam yividam gentis mentem prodere videtur: dicunt enim deum *առնուած astovads*, comparo huic nomini zendicum *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎 ačtu* existentia. inde derivatur adiectivum *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 ačtvat* existentia praeditus, uti et mundus dicitur *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 ačtvaiti*, quod eodem sensu accipiendum est, non uti Holtzmannus ingeniosius quam verius explicat 'mundum perituum' intelligens, quod theologiae Zoroastricae fere repugnat <sup>(10)</sup>. itaque sensu armeniacum *առնուած astovads* convenit cum Zendico *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 qadāta* quod revera respondet Sanscrito *स्वयन्दत्त svayandatta* uti Nairyôçangha vertit i. e. per se ipsum datus, creatus, existens, neopersice *خدا khodā* <sup>(11)</sup>.

Certius autem nos ad gentium Arianarum indolem delegat alia linguae Armeniacae vox, *դև dev*, quae daemonem, deum fictivum significat atque nobis statim memoriam affert Sanscriti *देव déva*, Zendici *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎 daéva*, Persici *دیو dív, dév*. lingua Sanscrita hac voce intelligit deum notione de lucido coelo sumta <sup>(12)</sup>. quod contra Zendicum *𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎 daéva* una cum cognatis linguae Persicae Armeniacaeque vocibus genium malum, atrum significat, id tantummodo hostili gentium Indicarum et Arianarum separatione explicari potest <sup>(13)</sup>. sensus hic nominis odiosus permultis verbis compositis servatur; invenitur etiam in lingua Armeniaca et neopersica, unde



noti sunt atri genii qui in carmine regio illustris Firdôsii introducuntur (14).

Quae singulatim de rebus mythicis sacrisque veterum Armeniorum commemorantur, ea quoque Arianam indolem aperto praese ferunt. quamquam singulae tantummodo reliquiae nobis traditae sunt, sufficiunt tamen ad demonstrandam gentis cum veteribus Arianis propinquitatem neque probari posse existimo quod St. Martinus (15) contendit, ante aetatem christianam Armeniae incolas doctrinam quandam Zoroastricam undique mixtam corruptamque secutos esse. hoc quidem ponere licet, posteriore tempore quo Armenia montium altitudinibus satis antea seclusa a diversis tamen gentibus turbaretur, irrepsisse vel potius irrupisse diversas verum sacrarum formas. Armeniam vero antiquitus et potissimum numina Ariana coluisse dubitari non potest uti etiam idololatriae Armeniacae aetas ab Ing'ig'èano dicitur *մոգութիւն մոգութիւն* *mogúthiun* (16).

Summum inter Armeniorum gentilium numina est Anaitis, Armeniace *Անահիտ* *Anahit* dicta, dea Armeniae praeses, propterea etiam *Մեծ մեծ* (magna) dicta (17). statua aurea eam gens honoravit. quam deam esse Persicam (lingua neopersica *اناهيد* *Anáhíd* vel *ناهيد* *Náhíd* dictam) inter omnes constat. nomen eius redit aut ad Zendicum *anáhi* in verbo composito *anáhictërëthwanëm* (culpa, peccatis vacuus) aut ad *anáhita*, Scr. *अनासित* *anárita* (puru) (18). traditur nobis hanc deam frondiferis ra-

mis cultam esse. Strabo iam eius sacra in Persia atque Armenia novit <sup>(19)</sup>.

Alius sacrorum cultus Persis Armeniisque communis est Mithriacus. cuius dei nomen apud Armenios invenitur forma Pazendica, 𐎠𐎼𐎷𐎡𐎴 *Mihr*, quae in linguam etiam Sanscritam (मिहिर *mihira*), neopersicam (مِهْر *Mihr*) nummosque regum Indoscythi-  
corum MHP etc.) transiit <sup>(20)</sup>. Zendice plenius dicitur 𐬨𐬀𐬎𐬎𐬭𐬀 *mithra* <sup>(21)</sup>. huius numinis cultum non premam quum seriore demum tempore (quod iam forma nominis usu Pazendice detrita docet) locum principalem obtineat, uti primum apud veteres Persas eius nomen in inscriptione Artaxerxis Mnemonis reperitur <sup>(22)</sup>. adnoto autem, Mithram numen Arianis et Indis commune fuisse videri quum libris Vedicis eius nomen etsi alio sensu adhibitum non desit <sup>(23)</sup>.

Porro nobis obviam fit nomen 𐎠𐎼𐎷𐎡𐎴 *astghik* quod proprie stellulam significat <sup>(24)</sup>. comparandum enim est cum Persico اِسْتَارَه *istāre*, سِتَارَه *sitāre*, اَخْتَر *akhter*, Zendico 𐬨𐬀𐬎𐬎𐬭𐬀 *ctārē*, Osethico 𐏃𐏆𐏃𐏆𐏃𐏆 *stal*, Sanscrito तार *tāra* stella <sup>(25)</sup>. ex sententia Tommasei nomen Veneris apud veteres Armenios fuit. addit lingua Armeniaca litteram quae nomini Zendico etc. deest voci deminutivam 𐎠𐎼𐎷𐎡𐎴 *k*, qua lingua haec et Osethica saepissime, neopersica non raro utuntur, ubi nequaquam notio deminutivi praevalet <sup>(26)</sup>.

Huc etiam pertinet cultus Solis 𐎠𐎼𐎷𐎡𐎴 *arèvapastúthiun* de quo fusius agit Ing'ig'è-

anus <sup>(27)</sup>, eius naturam plane non perspiciens quum Auramazdum, Armeniis Արամազդ *Aramazd*, Ռրմիզդ *Ormizd*, Օրոմազդ *Oromazd* dictum comparet <sup>(28)</sup>. ipse enim adnotat, solem Persis dici Միհր *Mihr*; inde Solem et Auramazdum differre iam unusquisque intelligit. Solis autem sacra demum Valarsace Parthico rege in Armenia instituta sunt. Lunae sacra in Asia minore frequentissima etiam in Armenia inveniuntur <sup>(29)</sup>. praeterea tantummodo commemoro platanorum sanctitatem quorum foliis vento agitatae Armenii olim vaticinari solebant <sup>(30)</sup>: more igitur utebantur omnino sacris gentium Arianarum naturalibus conveniente.

Priusquam autem ad mythos historicos his paucissimis de communi rerum sacrarum apud Armenios ethnicos et veteres Persas usu praemissis trans eo, geographici quid afferam cum mythis arctissime coniunctum. inter loca sacra quorum creationem Vendidadi caput I. refert, nominatur etiam et primo quidem loco Այրասկ ճեղատաճա *airyanēm vaég'ó* i. e. terra Ariana, neopers. ایران *Irán* <sup>(31)</sup>. significat enim Այրասճա *Airyana* Arianam orientalem <sup>(32)</sup> et Այրասկ *vaég'a* est (cll. scr. वीज *víg'a*) terra <sup>(33)</sup>. hanc terram Anquetil du Perron dixit esse آران *Arrán* in Armenia, quam orientales regionum descriptores coniungere cum Armenia solent <sup>(34)</sup>, a geographo Istakhriensi aliquoties آران *Alrán*, apud seriores vero constanter آران *Arrán* dicta <sup>(35)</sup>. utitur autem Anquetilius hoc potissimum argumento, quod Airyana regio monte البرج *Alborg'*

dicto contingatur et vitae coelique ratio in Armenia atque Airyana eadem sit. Rhodius contra <sup>(36)</sup> terram Tibetanam intelligi voluit.

Nomen montis البرج *Alborg'* vel البرز *Alborz* <sup>(37)</sup> originem duxit a Zendico 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *bërëzat* altus <sup>(38)</sup> et Semitico 𐤁𐤍 mons, quod postea in articulum Arabicum ٱ transiit <sup>(39)</sup>. initio hoc nomen significavit Paropamisum montem, nunc Hindukuh i. e. Indorum montem <sup>(40)</sup>; una cum gentibus linguisque Arianis occidentem versus progrediens nunc pluribus Caucasi et adiacentium montium cacumini- bus tribuitur. itaque sine ulla dubitatione censeo, cum nomine Alborg'ii simul nomen Arianæ sub forma أران *Arrân* in Armeniae regiones pervenisse. fortasse Persae senioris aetatis hoc nomine montanam Caucasi regionem intellexerunt cui quae de natura regionis brumali in illo Vendidadi capite adduntur optime conveniunt. neque vero textus Zendici lectio undique certa est. hoc quidem constat, doctrinam Parsicam passim progressam esse atque parti regionis Armeniae speciem sanctitatis tributam, quod nequaquam factum foret nisi gens Armeniorum accolens arctiore quodam propinquitatis vinculo cum universa stirpe Ariana cuius Zoroaster existit rerum sacrarum conditor aut reformator, coniuncta fuisset.

Mythorum heroicorum ut ita dicam paucissimae tantum supersunt reliquiae. a Mose Chorensi quidem carmina popularia quibus res a maioribus tempore antiquissimo gestae continerentur

laudantur <sup>(41)</sup> et nostris adhuc diebus memorantur quibus eosdem celebrari heroes virosque dicunt, qui libro Firdosii regio <sup>(42)</sup>. gens Armeniaca mox doctrinam Christianam amplexa et omnia quae prisci atque gentilis temporis supererant respuens, originem retulit ad Mosaicam gentium tabulam de qua quum inter antiquissima ethnographiae testimonia habenda sit nonnulla huc pertinentia afferre liceat.

Inter septem Japheti filios quos catalogus ille enumerat, ad nos maxime pertinet גֹמֶר Gomer, cuius et Magogi (מָגֹג) ex quo Chronicon Paschale Sarmatas Scythas Gothosque deducit) מִדִּי (Medique) propinquitas animadvertatur. Gomeri nomine Cimmerii indicari videntur <sup>(43)</sup>. eius sunt filii tres Aschkenas, Rîphath, Thogarma (תִּגְרָמָה, רִיפַת, אֲשַׁכְנַז). primus Aschkenas quum a Ieremia propheta cum Ararat et Minni (מִנִּי, אֲרָרַט) coniungatur, partem ipsius Armeniae aut vicinam indicare videtur <sup>(44)</sup> neque plane reiicere vellem quae Bochartus comparat Phrygiae nomina (Ἀσκανίος, Ἀσκανία, Ἀσκανία λίμνη), quum infra arctiorem inter Phrygiam et Armeniam nexum statuere possimus. de hoc nomine hoc addam fortasse temerarium. nota est tertia Persarum dynastia Aschghanica (الاشغانية *Alaschghániyye*) dicta. vir doctissimus Quatremarius iam dicit, nomen Aschghaniorum esse transformatum ex Arsacidarum nomine <sup>(45)</sup>. sed si concedimus vocem Ἀρσάκης significare fortasse Ariorem regem, quod quum *Arsháka* nomen inscriptio cuneata praebeat in dubium venit <sup>(46)</sup>: forma اشغانية *Alaschghániyye*

nimis procul ab antiquiore abest, ad Hebraeum אֲשֶׁכְנִי  
 vero propius accedit.

Alter Gomeri filius Rîphath, qui Syncello et Cedreno proavus est Sauromatarum, nomine nos ad montes Riphaeos delegat. tertii filii nomine אֲרִיָּמָה intelligitur Armenia, ita ut posteriore vocis parte *arma* fortasse nomen ipsum Armeniorum contineri videatur, אֲרִיָּמָה autem ad Armeniacum *տոհմ* *tohm* tribus, familia (Zend. *տֹհմ* *taokhma*, Scr. *तोक* *tóka*, Pers. *توک* *tokhm*, achaem. *tumá*) redeat (<sup>47</sup>). a Thogarma orditur iam specialis Armeniorum genealogia, cuius filius dicitur *Հայկ* *Haik*, a quo appellatur et gens *Հայ* *Hah*, *Hay*, plur. *Հայք* *Haiq*, et regio *Հայաստան* *Hayastan* i. e. Haici terra (*ստան* *stan* in compositione respondet Sanscrito स्थान *sthána*, Zendico *տֹհմ* *ctána*, neopers. *ستان*), quum nomina *Armenia*, *Armenii* etc. ipsis inusitatae sint. perillustris est huius viri fama (<sup>48</sup>). e Mesopotamia una cum trecentis gigantibus in Armeniam ascendit, ibique perpaucos invenit regionis incolas, Noachi stirpis et aetatis superstites (uti nonnullis visum est), qui a forti advena subiiciuntur (<sup>49</sup>). ipse in Taronia provincia primum condit *Հայկաստան* *Haikaschén* i. e. Haici aedificium (*տան* *schén* descendit a radice *տան* *schin* unde verbum *տանել* *schinèl* aedificare, condere, cui facillime comparatur radix Sanscrita चि *ci* cl. 5. colligo, cumulo, tego, ita ut nasalis classi verbali Sanscritae quintae propria in radicalem abierit) totusque ager dicitur *Հայք* *Harq* i. e. patres vel terra patrum (<sup>50</sup>).

Hac fabula ducimur in orbem regionum quas gentes Arianae olim tenuerunt; firmiorem praeterea Armeniae harumque connexum ostendunt quae narrantur de Semiramidis (Armeniace Շամիրամ *Schamiram* dictae) cum regibus Haicanis commercio, ostendit magna inscriptionum cuneatarum copia, quae in Armeniae tractu imprimis ad lacum Arsissa olim nunc Van dictum inveniuntur. quae etsi Assyrio contorto scribendi genere neque simplici Achaemenidico compositae sunt, ad Arianam tamen stirpem uti omnis eiusmodi scriptura cuneata pertinent. nomen autem Haici ipsius propius ad gentium Arianarum indolem ducere mihi videtur<sup>(51)</sup>. hanc enim vocem viri docti deminutivum nominis հայր *hair* (pater; respondet verbo in aliis linguis indogermanicis usitato quum primitivum *p* in lingua Armeniaca per aspirationem in *h* abire possit; pater dicitur Scr. पितृ *pitri*, Zd. ελωρωε *patarē*, Achaem. *pitā*, Pers. پَدَر *peder*, Oseth. фид *fid*, cuius *f* litterae *h* viam munit)<sup>(52)</sup> elisione litterae *r* posita interpretati sunt, ita ut nomen Armeniae հայաստան *Hayastan* praeterea amiserit litteram deminutivam *h* *k*. sed haec vocis derivatio (missa corruptionis phoneticae difficultate) mihi neque ambitioni gentis cuiusquam convenire videtur neque naturae Haici fortis Armeniorum proavi, cuius nomen in versione bibliorum Armeniaca Orionem significat<sup>(53)</sup>. iam e certa sonorum permutatione Armeniacum հայկ *haik* respondere potest Sanscrito सखिन् *sakhin*, Zendico հաքի *hakhi* amicus, socius<sup>(54)</sup>. gentis autem

Persicae familiae regiae proavus dicitur lingua vetere Persica sive Achaemenidica *Hakhámanisch* <sup>(55)</sup>, apud scriptores classicos *Achaemenes*, quamobrem reges hac stirpe orti dicuntur *Hakhámanischiya*, Graecis et Latinis *Achaemenidae*. hanc vocem cum Lassenio <sup>(56)</sup> rectissime explicabimus Sanscrito सखिन् *sakhin* et मनस् *manas* (i. e. mens), ita ut significetur 'amica mente praeditus', neque cunctabimur eundem sensum nomini proavi Armeniaci tribuere, praesertim quum aliam vocem compositam simili ratione explicandam afferre possim: dico de nomine Armeniorum nobis et scriptoribus antiquis usitato.

Strabo quo nomen gentis regionisque explicet Armeniorum conditorem principemque appellat Ἀρμενίων, uti Iustinus *Armenium* <sup>(57)</sup>. inde descendit ex eorum opinione nomen ipsi genti uti iam dixi inusitatum. quod apud veteres Persas [legitur enim *Armína* in inscriptione Behistuniensi et Persepolitana, unde nomen gentilicium *Armíniya* Armenius ibidem <sup>(58)</sup>], Graecos, Latinos, Arabes, Persas, Syros [أرمينية *Armíniyye*, أرمانية *Armániyye*, أرمنية *Armeniyye*, أرمنيا *Armeniyya* <sup>(59)</sup>] frequentissimum ipsi Armenii referunt ad Aramum, Harmayi Haici prole orti filium, virum glória belli illustrem <sup>(60)</sup>. sed uti Haici nomen ita et hoc Ariam originem prae se fert.

Notissima enim est res, gentes hac stirpe de qua loquimur oriundas Ariorum nomine sese ornasse. fuit autem hoc nomen gentibus Indicis antiquissimi temporis Persicisque commune: sic nomen



आर्य *árya* in hymnis Rigvedae et apud Manuem legitur <sup>(61)</sup>. haec vox derivatur e radice ऋ *r̥i* et in lingua Sanscrita excellentem significat. Zendice transiens in 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *airya* nomen proprium est; dicitur sensu mox adiectivo <sup>(62)</sup>, mox substantivo: vir Aricus, Arianus, deinde regionem significans 1. eam quam Graeci Ἀρίαν appellant, 2. Graecam Ἀριάναν quae totam Ariam orientalem complectitur, addito voci suffixo *na*, ita ut forma Zendica accuratissime Graecae respondeat, 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎𐬀 *Airyana* (de quo nomine iam supra nonnulla in medium protuli), cuius loco etiam 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *Airya* dicitur, uti apud classicos quoque auctores *Aria* et *Ariana* commutantur <sup>(63)</sup>. Aria regio opponitur inimicae *Turaniae*; iam in libris Parsicis opponuntur 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *airyáo dainghávó* provinciae Arianae et 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *dainghávó anairyáo* provinciae non Arianae <sup>(64)</sup>, uti opponuntur *Iran* et *Aniran* in inscriptionibus Sâsânidicis, apud scriptores Armeniacos, ایران و توران *Irân-we-Turân* <sup>(65)</sup>. veteribus etiam Persis haec vox usitata fuit quod praeter locum Herodoti inscriptiones docent Achaemenidicae <sup>(66)</sup>. Graeci utuntur hoc verbo sensu mox latiore mox strictiore, quod facile eo explicatur quod gentium Arianarum ambitum non certis finibus conclusum videbant. hoc nomen paullulum immutatum sibi tribuit Ariana gens Osethorum qui se appellant 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *Irón* regionemque suam 𐬀𐬀𐬎𐬎𐬀 *Iri* <sup>(67)</sup>. iam puto primam syllabam nominum *Armenus*, *Armenia* etc. continere illam vocem *árya* decurtatam, ita ut vox fere re-

spondeat Zendico *airyamana* (<sup>68</sup>) vel potius *airyamainyu* (uti *dušmainyu* formato) et *airya* cum *Armenius* comparari possit uti inverso compositionis ordine *Hakhâmanisch* cum *Haik*. nemo ignorat illud *arya* in lingua Persica saepius adhiberi nominibus propriis formandis. huc enim redeunt nomina Persica apud Graecos autores syllabis <sup>ʼ</sup>Αγιο- incipientia, uti et <sup>ʼ</sup>Αγτα praefigitur. pro <sup>ʼ</sup>Αγιο habes syllabam <sup>ʼ</sup>Αρ in voce *Αρσάκης*, *Ari* in *Arimazes* (<sup>69</sup>). addo: <sup>ʼ</sup>Αρ-μνης, atavi Darii Hystaspis nomen, lectione meliore apud Herodot. <sup>ʼ</sup>Αριαράμνης pronuntiandum, quum in lingua vetere Persica *Ariyâramna* respondeat (<sup>70</sup>); <sup>ʼ</sup>Αρ-νάπης, cui comparetur Achaemenidicum *naqa* vel *narpa* rex (<sup>71</sup>). praeterea eadem ratione formatum est nomen montis *Ararat* i. e. *âryavarta*, et nomina Persica libri Estherae אֲרִיָדָי fortasse ex *airya* et *dâo*, אֲרִיָדָתָא *airya-dâta*, אֲרִיָסִי *airya-çaya* (<sup>72</sup>). in Assyriorum quoque nominibus hoc *ârya* invenitur, cf. אֲרִיָוֶה librorum biblicorum (<sup>73</sup>).

Ceterum nomen Armeniae mihi in mentem vocat vocem Zendicam 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *ârmaiti* in nomine Ameschaçpentae 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *çpěñtâ ârmaiti* cuius sensus perobscurus est (<sup>74</sup>). putat Benfeyus, syllabam *âr* ortam esse ex praepositione Zendica 𐬀𐬎 *at* (cf. 𐬀𐬎𐬎𐬎 *at-çâ* plane latinum *atque*) et vocem compositam uti 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *anumaiti*. sed si latinum *ad* in *ar* (cf. *arcessere*) transire potest: neque tamen facile *âr* longa sonans vocali ex *at* oritur. rectius Burnoufius primam sylla-

bam ad radicem  $\xi\rho\xi$  *ěrě* refert quod probatur opposito  $\tau\rho\rho\omega\xi\psi\rho\omega\rho$  *tarómaiti* <sup>(75)</sup>.

Saepius iam in praecedente disputationis parte attigimus ipsam linguae Armeniacae naturam quemadmodum comparanda sit cum reliquis linguis Arianis. haec et longe amplissima pars nobis post mythum superest tertio loco in universum tractanda. verum rectumque de ea iudicium recentissimo demum tempore facere licuit.

Vulgaris ratio inprimis Armeniorum, nostris adhuc diebus doctissimi Ing'ig'èani, qui Antiquitates Armeniae summa literarum cognitione composuit, haec est: linguam Armeniacam autochthonem atque primitivam esse <sup>(76)</sup>. superbo quodam errore perducti voluerunt, Noachum filiosque diluvii tempore lingua Armeniaca esse usos. neque defuere qui eam e lingua Hebraea deducerent, quum tamen Schroederus iam demonstraverit linguam esse originalem cardinalemque <sup>(77)</sup>, maxime ingeniosis Petermanni studiis Indogermanica linguae indoles comprobata est (conferatur inprimis eius grammatica linguae Armeniacae). quem plane sequitur Ritterus Arianam linguae indolem statuens <sup>(78)</sup>. affert hic (ut hoc addam) illustrem peregrinatorem Pallas eam Tataricam existimasse, quum solum linguae vulgaris gnarus esset <sup>(79)</sup>; pro vetere Medica habuisse eam Lacrozium ut et Neumannus contendat, plerasque voces Medicas ab Herodoto aliisque nobis traditas lingua Armeniaca explicari posse <sup>(80)</sup>.

Post Petermannum Fr. Windischmannus quamvis de Ariano linguae Armeniacae fundamento di-

cere volebat <sup>(81)</sup>, disertius tamen rationem vel ut ita potius dicam stationem linguae non definivit. plura dedit L. Diefenbachius iudicium de Petermanni grammatica proferens <sup>(82)</sup>. Hic ubi nos etiam ad Schwartzii doctissimum de Aegypto vetere opus relegat <sup>(83)</sup>, opus prorsus supervacaneum agit: Schwartzii enim verborum comparatio nequaquam eo tendit quo peculiarem cuiusque linguae naturam definiat, sed quo quae diversis et diversissimis quidem linguis communia esse videantur eruat atque componat. confirmatur hoc e. gr. doctissima comparatione vocum Copticarum, Semiticarum, Indogermanicarum. indolem autem linguae Armeniacae semel tantummodo disertius attingit <sup>(84)</sup>. e contrario Pottius num lingua Armeniaca Ariana dici possit valde dubitat, non nisi vim statuens quam linguae Arianae in eam exercuerint <sup>(85)</sup>. rectissime vero monet Diefenbachius <sup>(86)</sup>, linguam Armeniacam ad stirpem Arianam vel Medopersicam referens, nequaquam magnam amplamque vim quam Persia imprimis Sâsânidis regnantibus in Armeniam exercuerit sufficere ad declarandam arctiorem harum linguarum propinquitatem. haec mea quoque sententia est quam accuratior linguae universae contemplatio facile probare poterit. nunc vero ad duos scriptorum veterum locos admodum memorabiles me converto.

Uti ubique in plerisque antiquitatum partibus ita nobis et hic Herodoti auctoritas sese offert qui verbis Ἀρμένιοι δὲ κατὰ περ Φρύγες ἐσεσάχατο, ἔόντες Φρυγῶν ἀποικοι Armenios e Phrygia deducit. adiungo simul Eudoxi testimonium apud Steph. Byz.

s. v. Armenia et apud Eustathium <sup>(87)</sup> servatum, quo quaedam linguae Phrygiae et Armeniacae probatur propinquitas. quae ratio mihi nequaquam eo satis explicari posse videtur quod errore quodam mons Ararat in libris Sibyllinis in Phrygia positus fuerit <sup>(88)</sup>, etiamque Josephus nexum Phrygiae et Armeniae non ignoravit opinor, quum Phryges a Thogarma deducat <sup>(89)</sup>.

Linguam Phrygiam (quod nonnulli defendere voluerunt) fuisse Graecae vel dialectum vel propaginem eo refellitur quod iam testimoniis antiquis Stephani B., Hesychii, Strabonis Phryges barbari dicuntur <sup>(90)</sup>. praeterea peculiarem linguae indolem indicant voces Phrygiae a veteribus nobis servatae quas sine successu Osannius in libro suo 'Midas' inscripto Graecas reddere studet <sup>(91)</sup>, et inscriptiones Phrygiae in Asia minore repertae, a Walpolio, Leakio, Steuartio, Texierio numero septem publici iuris factae <sup>(92)</sup>. post Letronnium et St. Martinum de inscriptionibus Lyciis Phrygiisque coniunctim egit G. F. Grotefend, rem maxime perturbans, quum linguas Lyciorum Phrygumque propinquas putaret, cuius erroris vanitatem fusius demonstrabo editione quam nunc praeparo omnium inscriptionum Lyciarum hucusque repertarum. barbaros hos Phrygiae titulos iudicavit Boeckhius gravis harum rerum iudex, quum eos 'Graecis quidem literis, non tamen Graece compositos' diceret, et sane miror Osannium hic praeceptoris viam rationemque reliquisse <sup>(93)</sup>. qui difficili certe munere fungeretur si nunc omnes se-

ptem inscriptiones Phrygias temeraria sagacitate in Graecam formam constituere conaretur.

Iam scriptores veteres a Lydiaca quoque et Carica lingua Phrygiam distinguere solent<sup>(94)</sup>, quam singularem esse existimatam probat exemplum regis Psammetichi Aegyptii. rectissime Hoeckius contendit linguam Phrygiam esse barbaram atque a Graeca diversam, C. O. Muellerus quae de nexu Armeniorum Phrygumque traduntur premit cui mira haesitatione sese opponit Osannius<sup>(95)</sup>. de singularum vocum Phrygiarum derivatione Armeniaca haec paucissima addo.

Cognominatur Cybele Ἄγδιστις vel Ἄγδιστις apud Phryges uti testantur Strabo et Hesychius, inde etiam mons dicitur sub quo Attis sepultus est<sup>(96)</sup>. comparandum est fortasse Armen. գեղիկը gè-tin tellus, quacum voce Windischm.<sup>(97)</sup> recte comparat Scr. वेदिनि *védini*, quum *v* et *g* in linguis Arianis facile permutentur et incerta Armeniorum scribendi ratione tenues mediaeque (uti hic ճ *d* et տ *t*) commisceantur<sup>(98)</sup>. etsi haec falso comparerem, Persicam tamen itaque Arianam huius vocabuli indolem demonstraret Ἄγδα-Βάτας ducis Persici apud Aeschylum<sup>(99)</sup> nomen. — Ἄζενον, πώγωνα· Φρύγες. Hesychius, ubi Jablonskio cum Kustero legendum videtur Ἄζένα. comparo verbum Armeniacum ածելլը *adsèlèl* barbam tondere, cuius forma derivativa vel accuratius fortasse denominativa iam duplici literae formativae լ *l* usu proditur. Vox fortasse cohaeret cum Scr. अग्नि *ag'ina* pellis, quod ortum est radice अग्न *ag'* agere, Armeniacum ածել

*adsèl*, ita ut significetur proprie productum (cf. nostrum 'treiben' de plantis dictum). non procul abest Graecum ἀδὴν bubo, proprie quod tumescit (nostrum 'aufgetrieben'), cuius etymon Benfeyus ignorat <sup>(100)</sup>. saepius autem Armeniacum & repraesentat Sanscritum ङ g' <sup>(101)</sup>. — Ἄδαγοός deus Hermaphroditus (Hesych.). fortasse comparandum est Armen. ատակ *atak* potens, ատակել *atakèl* posse, valere, quae notio deo optime convenit. — Ἀργυῖτας nominatur uti Hesychius refert Phrygibus ἡ Λάμια. in lingua Armeniorum nihil invenio quod accurate comparetur, nisi արգել *argèl* impedimentum, vel quocum mythologica ratione coniungi posset, արգիւտ *argitès* stella transvolans. Sin vero ultra linguae Armeniacae orbem progredi licet, nobis sese offert Sanscr. अर्चिस *arc'is* flamma, splendor cll. अर्क *arka* sol et अर्क *ark* urere. — Βαγαῖος Iovis Phrygii cognomen (Hesych.). quod ad Armeniam attinet, facile comparatur բաղին *bagin* altare, ara idolorum, բաղնաւ *bagovan* urbs ararum idolorum: habemus vero hac voce nomen numinis Arianum. confertur Achaem. *baga* deus, Sâsânid. 𐭆𐭃, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀 *baga*, 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *bagha*, Yazatae uti videtur nomen, deinde verbi divini et precatationis, Sanscr. भग् *bhâ-ga* <sup>(102)</sup>. — Βάμβαλον ἱμάτιον καὶ τὸ αἰδοῖον (Hesych.) explicare nequeo. sensu priore referendum fortasse vocabulum Phrygium ad Armen. բամբակ *bambak*, Pers. پنبه *pembèh* bombyx, ita ut intelligatur vestis bombycina. — Βεδύ, βέδυ aut aerem aut aquam significat <sup>(103)</sup>. comparo Armen. օդ *ód* aer, quod

contractum est ex *vad, bad*, ita ut respondeat Pers. *باد* *bád*, Scr. *वात* *váta*, Zend. *𐬯𐬀𐬯𐬀* *váta* ventus. solet hac ratione lingua Armeniaca labialem abii- cere; cf. *𐬀𐬵𐬀𐬵𐬀* *órhnèm* benedico, a Scr. *वृ* *vṛi*, Zend. *𐬭𐬀𐬭𐬀* *věřě* cl. 9. eligere, optare, venerari, nasali classis verbalis Sanscritae in verbo Armeniaco remanente et vi aspirandi literae *r* in linguis Aria- nis praesertim propria attrahente literam *ç* *h* (cf. Zend. *𐬭𐬀𐬭𐬀𐬭𐬀* *mahrka* mors, propterea Arm. *մահ* *mah* ex *մարհ* *marh* vel *մարհ* *marh*, rad. *𐬭𐬀𐬭𐬀* *měřě*, Scr. *मृ* *mṛi*; *𐬭𐬀𐬭𐬀𐬭𐬀* *věhrka* lupus, Scr. *वृक* *vṛika*; Zend. *𐬭𐬀𐬭𐬀𐬭𐬀* *kěhrp* corpus, etiam *𐬭𐬀𐬭𐬀𐬭𐬀* *kěřp*, rad. Scr. *कृ* *kṛip*). etiam *n*, olim ubique *ō*, nunc initio vocum *wo* pronuntiatum, red- dit primitivam labialem cum vocali; cf. Arm. *ոգն* *wögè*, dico, Scr. *वच्* *vac*; *𐬀𐬵𐬀* *wotn* pes, Scr. *पाद* *páda*, Zendic. *𐬯𐬀𐬯𐬀* *pádha*, neopers. *پای* *pái*, *پا* *pá* (quod ad suffixum *u* *n* attinet, compa- retur Scr. *चरण* *čaraṇa* idem significans). similem contractionem infra lingua Phrygia ostendet. — *Βρι- κίσματα ὀρχηστis Φρυγική*, dicit Hesychius. compono hoc verbum Graece uti videtur transformatum cum Armeniaco *պար* *par* saltatio, *պարգալ* *pargal*, *պարել* *parèl* saltare, nisi forte continet verbum cum prae- positione Scr. *परि* *pari*, Gr. *περί* compositum, ita ut proprie significet per gyrum saltare quod optime feris Phrygum saltationibus convenit. radix quae lite- ris *κισ*- contineatur mihi obscura est. neque quod Jablonskius vult, hoc verbum cum antiquiore Phry- gum nomine *Βρίγες*, *Βρύγες* cohaerere omnino reiicio. quod hoc nomen significet (a nonnullis germanico



'frei' explicatum) eruere nequeo. neque hic persequi possum similitudinem nominis Phrygum atque gentis quam libri Sanscriti dicunt *Brighu*, quum liber V. de St. Martin, qui hanc rem tractavit, mihi in manus non inciderit<sup>(104)</sup>. — Γλούρεα· Χρύσεα, Φρύγες. Γλουρός, χρυσός. Hesychius. dubito num verbo Arm. գլորել *glorèl* volvere, գլորիլ *gloril* cadere, explicari possit, ita ut primitus aurum liquidum significet. cum Scr. हरित् *harit* cui respondet Graecum χλωρός frequens auri epitheton, componere nolo, quum leges commutationis phoneticae quas linguae Arianae sequuntur obstant. — Δροῦγγος nasus, rostrum, quod Epiphanius<sup>(105)</sup> Phrygibus tribuere videtur, plane reddit Arm. ունկն ընցն *nasus*. non procul abest Gr. ῥύγχος quod Benfeyus non inepte cum radice Scr. वृह् *vrih* strepere, barrire, वृह् *vriñh* barrire, loqui, composuisse videtur, ita ut stertendi notio nomen dederit. — Κίμερος. νοῦς. Φρύγες. Hesychius. haec vox mihi forma externa Gr. ἴμερος accommodata esse videtur et eadem radice prodiisse qua Armen. կամք *kam-q* voluntas, կամիլ *kam-il* velle, cl. Scr. कम् *kam* cum derivatis, Achaem. *kamana* fidelis, neopers. کام *kám*. — Μᾶ· πρόβατα· Φρύγες. Hesychius. huius confinis est vox onomatopoeetica Armen. մաքի, respondente Afghan. *mikh*, Pers. میش *misch*, *mésch*, Curd. *mischin*, Scr. मेष, मेषी *méscha*, *méschí*<sup>(106)</sup>. Diefenbachius<sup>(107)</sup> voci Armeniacae comparat Graecum μηνάς. *Attagus* quod Arnobius Phrygibus hircum significare dicit, facile comparatur cum Persico تَك

*tekeh* iu lexico Petrarchae, curd. *takka* (<sup>108</sup>), fortasse cohaerens cum radice Scr. तक् *tak*, Zend. 𐬀𐬎𐬎𐬎 *tak* perferre, sustinere, unde Zend. 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *takhma* fortis cf. Hebr. לִיָּא aries, rad. לִיָּא fortem, robustum esse. — Μαζεύς ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυγί. Hesychius. vox non orta est Graeco Ζεύς (quae nonnullorum est levis opinio), sed referenda ad radicem Arianam 𐬎𐬎𐬎 *maz* magnus (Scr. महत् *mah-at*), superl. 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *mazista* (<sup>109</sup>), Arm. մեծ *mèds*. huc etiam redeunt nomina Persica Μαζάκης, Μαζαῖος, Medicum Μαζάρης, Cappadocium Μάζακα, Bosporanum Μαζαία. dialectica fortasse forma continetur nomine Persico Μαδάτας, quum litera *z* praesertim in dialecto Achaemenidarum occidentali in *d* transire soleat, cuius permutationis phoneticae vestigia lingua neopersica etiam servat; cf. instar omnium Scr. हस्त *hasta*, Zend. 𐬀𐬎𐬎𐬎𐬎𐬎 *zasta*, Achaem. *dasta* (locat. *dastayá*), Neopers. دست *dest* manus (<sup>110</sup>). ceterum nomen Phrygium Μαζεύς ad formam vocis Graecae Ζεύς esse immutatum patet. — Μάνικα dicit Plutarchus (<sup>111</sup>) lingua Phrygia esse res splendidas atque admirabiles, hoc verbum deducens ex nomine prisci regis *Manis*, ab aliis *Masdis* appellati. μάνικα comparari potest cum Armen. մանեակ *manèak* monile, quod ad radicem quidem ման *man* (torquere) pertinere videtur, sed in res egregias facilem invenit transitum. offertur praeterea radix Scr. मान् *mān* honorare, unde मान् *māna* honor, ita ut μάνικα et մանեակ *manèak* proprie significant rem ornantem, decorantem. *Manes* prisci regis nomen nobis *Ma-*

*nuem* in mentem revocat; pertinet huc fem. *Mania*, nomen ancillae Phrygiae (<sup>112</sup>). forma altera *Masdes* proxime accedit ad Achaem. *mazda*, Zd.  $\text{𐬨𐬀𐬎𐬌}$  *mazda* (nomine Auramazdae notissimum) sive multa scientem sive sapientem, sive multa dantem significans (<sup>113</sup>). illustre nomen regium *Midas*, *Mida*, cui accedit fem. *Midia* (<sup>114</sup>), redit ad radicem Scr.  $\text{मिद्}$  *mid*,  $\text{मिथ्}$  *mith*,  $\text{मेध्}$  *médh*,  $\text{मेथ्}$  *méth*, Zend.  $\text{𐬨𐬀}$  *mith* intelligere, Arm.  $\text{միտ}$  *mit* mens, intellectus (<sup>115</sup>). nomen non minus frequens  $\text{Γόρδιος}$  fortem significat; convenit cum Persico  $\text{گورد}$  *gurd* fortis, bellicosus, et nomine Curdorum. addatur nomen regionis Armeniacae  $\text{Γορδυναία}$  (apud Steph. Byz.) vel  $\text{Γορδυνή}$  (ut est apud Ptolemaeum et Strabonem), Armeniace  $\text{Գորդայք}$  *Gordaiq* (<sup>116</sup>). —  $\text{ὄρου}$  ab Achille Tatio (<sup>117</sup>) Phrygibus sensu 'supra' tribuitur, cui Arm.  $\text{ի վերայ}$  *ivèrah* accuratissime respondet. spiritus asper reddit praefixum  $\text{ի}$  *i*, quod ante vocales in spirantem,  $\text{յ}$  *h* transire solet;  $\text{վեր}$  redit ad Sanscritum  $\text{उपरि}$  *upari*, Persicum  $\text{آبر}$ ,  $\text{آبر}$  *eber*, *ber*, cui mutata semivocali labiali in gutturalem mediam etiam respondet  $\text{գեր}$  *gèr*. Phrygii  $\text{ὄ}$  ad primitivum *pa*, *ba* eadem est ratio quae Armeniaci  $\text{օդ}$  *ód* ad Scr.  $\text{व्रात}$  etc. (vide quae supra disputavimus). videmus igitur easdem contractionis leges in linguis Armeniae Phrygiaeque valere. — Iupiter Phrygibus etiam cognominatur  $\text{ὄριος}$  (<sup>118</sup>), quae vox accedere videtur ad Armen.  $\text{օր}$  *ór* (contractum ex  $\text{աւր}$  *aur*) dies, respondente pehlevico  $\text{𐬀𐬎𐬀}$  quod Ios. Muel-  
 lerus (<sup>119</sup>) cum Persico  $\text{هور}$  *húr*,  $\text{خور}$  *khúr*, Zendico

հարձար *hvarĕ* componit. quum autem lingua Armeniaca in exprimendis sonis Scr. Խր *sva*, Zend. ար *hv* et ք *q* maxime durissima litera ք *q* utatur quae numquam simplicem sonum reddit (<sup>120</sup>): statuendum est, Arm. ար *aur*, որ *ór* omnino esse formam vere Pehlevicam (<sup>121</sup>). cognominatio haec Iovi coeli moderatori est aptissima. aliud praeterea cognomen apud Phryges ei tribuitur, πάπας (<sup>122</sup>). significat Armen. պապ *pap* avum, quae vox in aliis quoque linguis obvia praesertim apud Scythas animadvertatur (<sup>123</sup>), quos ut hoc in praetereundo moneam, partim ad stirpem Arianam pertinere existimo, revocans maxime ad Zeussii argumentationem, qui (<sup>124</sup>) voci Scythicae Παπαῖος etiam comparavit Pers. بابا *bábá*, باب *báb*, et nomen regis Sarmatici *Babai* (<sup>125</sup>). — Τάσκος paxillus, uti Ehiphianus tradit (<sup>126</sup>) fortasse mutata dentali tenui in duriolem sibilantem respondet Armen. զից *tzitz*. — postremo affero vocem τύραννος, ad quam Graecis antiquioris aetatis fere inusitatam, titulis autem Phrygiis frequentissimam animum meum advertit vir summus Boeckhius. etymo Graeco explicari nequit: commode vero comparatur quod ad syllabam radicalem τυρ attinet, Armen. ար *tér* dominus cum verbo արի *tirèl* dominari.

Inter reliqua vocabula Phrygia quae quidem non ad linguam Armeniacam referri possunt, certe tamen haec ad linguas Arianas vel Sanscritam revocantur: Ἀδαμνεῖν· τὸ φιλεῖν· καὶ Φρύγες τὸν φίλον Ἀδάμνα λέγουσιν. subest aut radix Scr. तम् *tam* confici moerore, desiderare, cupere, praefixo ॠ *á* quoque

usitata, aut inest rad. मन् *man*, quae praef. अभि *abhi* desiderare, appetere, praef. सम् *sam* magni aestimare significat (neque vero explicare possum praef. ἄδα). — Ἄκριστιν· κλέπτριαν, ἄλετριδα. Φρύγες. Hesychius. redit haec vox ad radicem Scr. कृष् *kṛisch* trahere, praefixo आ *á*, attrahere, eripere. Zendicum 𐬑𐬀𐬎𐬀 *kērěsch* sensu strictiore arare significat (<sup>127</sup>). ad radicem compositam Sanscritam fortasse etiam pertinet Phrygium Saturni nomen Ἄκρισίας (Hesych.), qui omnia arripit. — Ἄρμῆν (Et. M. s. v. Ἄρμάτειον) bellum, fortasse transpositum respondet Sanscrito समर *samara*, समरण *samarana*, Achaem. *hamarana* pugna proelium, a rad. ॠ *r̥i*, praef. सम् *sam*, Ariano *ham* congregari. Armen. համար *hamar* quod eiusdem est radicis significat calculum, numerum: inde verbum համարեմ *hamarèm* numero, calculo. eadem omnibus his verbis notio subest. — nomen Ἄρτεμις quod lingua Phrygia ortum esse dicitur (<sup>128</sup>), cohaeret cum Ariano *arta*, *arēta* արտա, արեա part. perf. pass. radicis ॠ *r̥i*, cultus, honoratus, magnus, princeps, ita ut origine et sensu cum արտա *artya* conveniat. iam supra laudavi huius vocis in nominibus propriis veterum Persarum usum (<sup>129</sup>). — Ἀττάλη· φάρυξις, ὑπὸ Φρυγῶν· (Hesych.). vox fortasse derivatur radice Indogermanica *ad*, Goth. *at*, edere, quae Armeniace obtusa est in ատել *útèl* (pura tamen servata litera *a* in voce ատամն *atamn* dens, in qua reliquae linguae initiale *a* perdiderunt, cf. Scr. दन्त *danta*, Pers. دندان *dendân*, ghilan. *dendan*, tat. *dendu* (<sup>130</sup>), oseth. дандэг *dandag*, curd.

*dedán*). nomen Phrygium formatum esse videtur suffixo *la*, cuius (primitivo *ra* orti) in aliis vocibus vestigia conspiciuntur. — Βαλήν, Βαλλήν rex (Hesychius) (<sup>131</sup>) facillime refertur ad Sanscr. बलिन् *balin* fortis, robustus, Persic. والا, *válá* neque vero پهلوآن *pehleván* quod Pottius comparavit: alia enim est huius vocis origo (<sup>132</sup>). neque probandum est quod alii Semiticum לבב componere voluere. — Βέκος, Βέκκος vox iam saepius et ab aliis tractata, panem significans. recte comparatur radix Scr. पक् *pac'*, Zend. 𐬨𐬀𐬯𐬀 *pac'*, Pers. پختن, پختن *pukhten*, *bukhten* coquere. Armen. respondet հաց *hatz* panis, labiali in հ *h* mutata (v. not. 52); cf. praeterea (quo simul mutatio palatalis in duram sibilantem explicetur) verbum Armen. հարցաձեռն *hartzanèl* interrogare et Sanscr. प्रह् *praç'*, पृह् *prīç'*, Oseth. 𐌆𐌆𐌆𐌆 *farsin*, neopers. پرسیدن *pursiden* (<sup>133</sup>). — Γέλαρος fratris uxor (Hesych.); cf. Scr. श्याल *çyála* uxoris frater, Gr. γάλως et quod Pottius iam Graeco comparavit Lat. *glos* (<sup>134</sup>). — Δαρεῖος, ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος, ὑπὸ δὲ Φρυγῶν ἔκτωρ Hesychius (<sup>135</sup>). sensum posteriorem vox praebebit derivata a radice Sanscr. धृ *dhri* vel potius Zend. 𐬀𐬀𐬀 *dërě*, 𐬀𐬀𐬀 *darě* obtinere, possidere, conservare, portare (<sup>136</sup>). — Ζέλκια· λάχανα· Φρύγες. Hesychius. fortasse voci inest radix Sanscr. हल *hal* arare (cll. हल *hala* aratrum), igitur quae arando, agricultura quaeruntur. ζελ enim accurate ex legibus phoneticis Arianis respondet Sanscrito हल *hal*. — Νώρικος uter apud Phryges (<sup>137</sup>), quam vocem com-

pono cum Sanscr. नार *nāra* (aqua), ita ut suffixo *nos* indicetur instrumentum, vas. longum *á* linguae Sanscritae inprimis Graece longo *o* reddi notum est. — Πικέριον Phrygibus butyrum significans (<sup>138</sup>) redit fortasse ad Scr. पयि *pyai* pinguescere. de gutturali cf. voces Latinas quae eodem redeunt *pix* et *pinguis*. — Mere Persica est vox *tiara* (<sup>139</sup>) quae Phrygibus etiam tribuitur ab iisque ad Graecos transiisse dicitur. — Γάνος. παράδεισος· χάσμα· φῶς· αὐγή· λευκότης· λαμπήδων· ἡδονή· καὶ ἡ ὕαινα, ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Βιθυνῶν. Hesychius. ratione significationis παράδεισος habita, haec vox origine Semitica esse videtur, quum sensu illo optime cum Hebraeo גן, Arabico <sup>55</sup> *g'an-natun* conveniat. Cypriis quoque in usu fuit quibus hanc vocem Phoenices attulerant.

---

Invenimus igitur in raris hisce linguae Phrygiae reliquiis certissima indolis Arianæ indicia et mea de his disputatio quamvis maxime imperfecta sit, nonnulla tamen protulit ad demonstrandum verborum Herodoteorum momentum. contemplatio inscriptionum quas alio tempore locoque fusius exponam, peculiarem etiam linguae Phrygiae naturam confirmabit. neque vero Phryges usi sunt literis Arianis sed Graecis, uti et Lycii, quum Graeci plurima ad excolendas Asiae minoris gentes contulerint. Graecis etiamtribuendum est quod Phryges litera Λ utuntur. hanc enim literam respuunt linguae Arianæ antiquiores,

fortasse etiam lingua Pehlevica quae hunc sonum non habet uti Ios. Muellerus consentiente Lassenio statuit, sed in peregrinis immo vocabulis etiam evitat (<sup>140</sup>), lingua neopersica rarissimis tantummodo vocibus adhibet. in lingua quidem Armeniaca litera  $\zeta l$  reperitur: neque vero est qui ignoret sonum  $l$  vocum peregrinarum ab Armeniis non litera  $\zeta l$ , sed litera  $\zeta gh$  antiquitus exprimi. porro formae duarum harum literarum  $\zeta l$  et  $\zeta gh$  sunt simillimae, ita ut communis earum fons statuendus sit aut alterius ex altera origo. rarissime tamen litera  $\zeta l$  in lingua Armeniaca naturae primitivae speciem prae se fert: plerumque quoad videmus, aliis sonis orta est. certo ponere poterimus, literam  $\zeta l$  esse seriore transformationem literae  $\zeta gh$ . huc accedit quod Dionysii Thracis grammatici translator Armeniacus literam  $\zeta l$  duplicem dicit, et revera respondet haec litera primitivae consonanti duplici (<sup>141</sup>), unde sequi videtur: seriore tempore consonantes illas duplices (quarum una fuerit  $r$ ) abiisse in sonum simplicem  $l$  et signum novum novi soni necessario postulasse. quod litera  $\zeta gh$  gutturalis primitus sonum  $l$  repraesentaverit et formam literae  $\zeta l$  progenuerit, non aliter explicari poterit nisi propinquitate gutturalis  $\zeta gh$  cum gutturali  $p r$  huiusque vulgari in literam  $l$  transitu.

Literarum aspiratarum systema quod neque in reliquis linguis Arianis in eum modum excultum est cui studuit lingua Sanscrita, apud Phryges plurima desiderat. neque enim invenio signa aspirationis praeter duplicem labialem aspiratam  $\Phi$  et  $F$  quarum



prior scripturae Achaemenidicae et Zendicae, posterior Armeniaca deest et Osethicae. mutarum literarum *k* et *t* aspirationibus scriptura Phrygia caret. quinque inveniuntur vocalium signa *a*, *e*, *i*, *o*, *y*; unum tantummodo  $\Xi$  a quo vix alterum  $\text{F}$  differt (<sup>142</sup>), ita ut ubertate lingua Zendica et Armeniaca ( $\xi$ ,  $\rho$ ,  $\epsilon$ ;  $\zeta$ ,  $\tau$ ,  $\epsilon$ ;  $\rho$ ,  $\tau$   $\epsilon$ ) multum excellant. de singulari literarum vi propter materiae exiguitatem nihil proferre possum: quae supra de singulis vocibus Phrygiis diximus, ostendunt quoad lingua Phrygia leges phoneticas Arianas sequatur. hoc unum hic moneo, vim aspirandi literae *r* propriam, lingua Zendica et Graeca notam, apud Phryges non ubique valere: invenimus enim praeter  $\text{F}\rho\text{F}\kappa\text{Y}\text{N}$  quo fortasse vernaculum gentis nomen continetur,  $\text{B}\rho\text{A}\text{M}\rho\text{A}\rho\text{E}\rho\text{G}\text{A}\text{I}\varsigma$ :

Quod ad flexionem attinet, observandum est, nominativum thematum vocali *a* exeuntium amississe ubique sibilantem primi casus indicem, quae in lingua Achaemenidica etiam (excepto interrogativo *kasch-c'iy*) ubique praecedente vocali *a* desideratur. rem ita se habere docet nominativus  $\text{B}\rho\text{A}\text{B}\rho\text{A}$ : inscriptionum, forma *Mida* pro usitatore *Midas* obvia (<sup>143</sup>). genitivi thematum in *i* desinentium exempla tradi videntur formis  $\text{M}\rho\text{E}\text{M}\rho\text{E}\rho\text{A}\text{I}\varsigma$ :,  $\text{A}\rho\text{K}\text{I}\rho\text{A}\rho\text{E}\rho\text{A}\text{I}\varsigma$  et  $\text{B}\rho\text{A}\text{M}\rho\text{E}\rho\text{A}\rho\text{E}\rho\text{G}\text{A}\text{I}\varsigma$ : quibus respondent Achaem. *C'ischpáisch* et *C'ic'ikhráisch*. aliam genitivi formam, proprie locativi habemus voce  $\text{M}\rho\text{I}\rho\text{A}\rho\text{I}$  : similiter lingua Armeniaca genitivos format. ad nos maxime pertinet  $\text{S}\rho\eta\text{w}\text{w}\text{w}\text{y}$  *Trda-*

*tah*. littera finalis *j h* nunc quidem exiens pronuntiatur *h*: eam autem priore tempore fuisse *i* (quae vocalis in declinatione tertia et sexta genitivum exprimit) contendo. statim nos meminimus genitivi Osethici qui littera *i* terminatur atque locativi etiam vicibus fungitur. est vero illud *i* in lingua praesertim Sanscrita et Zendica notissimum locativi signum <sup>(144)</sup>. commemoro denique formam verbalem  $\text{𐎧𐎠𐎡𐎢}$ : plus semel in inscriptionibus Phrygiis obviam. ubi habetur  $\text{𐎧𐎠𐎡𐎢}$ , in fine  $\text{𐎢}$  supplendum est. neque vero cum Grotefendio <sup>(145)</sup> hanc vocem componere velim cum Gr.  $\epsilon\delta\omega\kappa\epsilon$ , Lat. *dedit*, Armen. *տամ* tam do; sed potius cum radice Scr.  $\text{धृ}$  *dhá*, Zend.  $\text{𐬀𐬀𐬀}$  *dá* ponere <sup>(146)</sup>; deduco formam Phrygiam ex Aoristo Sanscrito  $\text{अधात्}$  *adhát*, Zendico  $\text{𐬀𐬀𐬀}$  *adhát* posuit. dentalem finalem in sibilantem convertit lex phonetica Ariana Phrygibus fortasse latius usitata quam veteribus Persis qui *t* finale tantummodo post vocalem *u* in *sch* mutant <sup>(147)</sup>. —

Huic de verbis Herodoti disputationi, cuius ambitum nimis amplum rei momentum postulavit, adiungo locum Xenophontis: — — κοινῇ δὴ ἀνηρώτων τὸν κωμάρχην διὰ τοῦ περσίζοντος ἑρμηνέως τίς εἶη ἢ χώρα· ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι Ἀρμενία etc. <sup>(148)</sup>. hoc loco quae primo aspectu patet similitudinem linguae Persicae et Armeniacae demonstrari negat Heerenius <sup>(149)</sup>. praefectum vici forte commodo linguae Persicae fuisse peritum. sed tamen quum nobis non traditum sit quae fuerit interpretis dialectus Persica, cuius ore Xenophon et Chirisophus cum Armenio collocuti sunt, et quum iure ponere liceat, Xenophontem mi-

ram fortunam (et haec iam fuisset si praefectus Armeniacus linguam Persicam non ignorasset) nobis narraturum fuisse, uti postea quae ipsis inter Macrones aliasque gentes Caucasum accolentes acciderint tradit: veram cum Diefenbachio <sup>(150)</sup> statuamus linguarum de quibus res iam agitur similitudinem. quemadmodum enim linguae Germanicae multarum dialectorum mediarum transitu coniunguntur: idem etiam de linguis Persicis statui potest. huc accedit quod nobis monumenta linguae Armeniacae antiquioris non servata sunt, accurata igitur comparatio non permittitur. nam omnes Armeniorum literae ad aetatem tantum gentis Christianam redeunt: nomina propria sunt solae temporis prioris reliquiae, de quibus nunc iam nonnulla addam.

De origine nominum Armeniae et Haici Ariana iam supra dixi. huc pertinent ut hoc adiiciam nomina Armeniaca praefixo Ἄρτα-, Ἄρταβάσης Tigranis regis filius, cll. nomine Medopersico usitatissimo Ἄρτάβαζος. alteram huius vocis partem compono cum Sanscr. बाहु *báhu*, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀 *bázu*, Arm. բազուկ *bazúk* (addito cuius frequentem esse usum iam supra dixi deminutivo *k*), Pers. باز *bázú* brachium <sup>(151)</sup>. — Ἄρταγῆραι Armeniae castellum secundum Strabonem. γῆραι respondere videtur Sanscr. गिरि *giri*, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀 *gairi*, Arm. լեռն *lèar'n* mons (uti շ *gh* alias literam *l* linguarum peregrinarum reddit, hic լ *l* ortum est primitivo *g*) <sup>(152)</sup>. — Ἄρτάξατα vel Ἄρταξιάσατα metropolis Armeniae, Strab. Steph. B. <sup>(153)</sup>. nunc Արտաշատ *Artaschat* apud Mosem Chor. aliosque nomen frequentissimum.

clarae huius urbis nomen obscurum est. quod altera nominis parte significetur nescio. Graecum ξ et Armeniacum շ sch, Sanscrito क्ष ksch, Zendico 𐬎𐬀𐬎𐬀 khs orta esse possunt. fortasse igitur ξατα respondet Zendico 𐬎𐬀𐬎𐬀𐬀𐬎𐬀 khsaêta, splendens, ab radice 𐬎𐬀𐬎𐬀 khsi dominari, proprie splendere, quod Persarum lexicographi de syllaba شید schîd nominis regii جمشید G'emschîd diserte testantur (154). ad eandem radicem redit Ἀραξίας nomen regis Armeniae apud Strabonem Tacitumque, cuius pars posterior continet Zendic. 𐬎𐬀𐬎𐬀𐬀𐬎𐬀 khsaya rex (155).

Syllabam Ἀρ- praefixam habent: Ἀράξης fluvius Armeniae notissimus, de quo derivandum nomen regionis Ἀραξινή. αξης respondere posset Sanscr. अक्षि akschi vel quod in fine compositorum usitatum est अक्ष akscha oculus, talus, rota, currus; Zendicum 𐬎𐬀𐬎𐬀 aschi et Armen. աչք ac'-q oculum tantummodo significant (156). ceterum sese offert radix Scr. अक्ष ac', Zend. 𐬎𐬀 ac' ire, cll. Sanscr. सरित् sarit flumen, सरस् saras lacus a radice सृ sri ire (157). — Ἀραξάτα oppidum Armeniae ad Araxis ripam situm (158). eadem ratione hoc nomen compositum est qua Ἀραξάτα. — Ἀρσηνή lacus Armeniae quem interfluit Tigris flumen, nunc Van dictus (159). altera nominis forma a Ptolemaeo tradita est Arsisia. St. Martinus prius nomen deduxit a provincia Arzen, Graeco Arzanene vicina; alterum a nomine urbis Arg'ysch. utrumque comparare malim cum nomine vetere Persico Arses, cuius radix

Sanscr. अर्च *arc'* venerari Lassenio (<sup>160</sup>) esse videtur. comparetur praeterea Arm. արժանի *arshan*, արժանիք *arshani* (dignum est), cl. radice Scr. अर्ह *arh*, Pers. ارزانی *arzání*, et Arm. անարգ *anarg* inhonoratus, անարգել *anargèl* contemnere, praefixo alpha privativo, cl. Pers. ارج *arg'* valor, pretium, Zend. արջ *arëg'a* (<sup>161</sup>). melius autem nomini lacus convenit radix quam Benfeyus Achaemenidico *Arsa* subesse dicit: ponit enim radicem Scr. अर्च *r'ic* fulgere, deinde loqui, dicere, (quam opinor postulat etiam nomen Scr. अर्चि *r'ischti* gladius, vix e radice अर्च *r'isch* derivandum), quae genuit Zendica արջ *ërëz*, արջ *ërësch* verum esse etc. (<sup>162</sup>).

Inter reliqua nomina nobis servata haec pauca enumero. Ἄβος Armeniae mons (<sup>163</sup>). hoc nomen formatum esse mihi videtur uti Sanscr. अग *aga* non iens (arbor, mons), ex alpha privativo et radice *ba* (fortasse pro Scr. ग *gá* ire). *Capotem* partem huius montis, St. Martinus recte composuit cum Armen. կապույտ *kapuit*, antea fortasse *kapót* caeruleus, quod porro comparandum est cum Pers. et Buchar. کبود *kebúd*, curd. *kew* (<sup>164</sup>). — Βάγιννα locus Armeniae (<sup>165</sup>) quod nomen cum voce Phrygia Βαγαῖος atque iis quae ibi comparavimus cohaerere patet. — Βαγρανανδηνή provincia Armeniae quam Ptolem. commemorat, accuratissime Armeniaco hodierno Բաղրևանդ *Bagrèvand* respondet. num cum nomine *baga* saepius iam commemorato cohaereat nec ne discernere nequeo. — de nomine Γορδυαία vel Γορδυηνή et cognatis iam supra diximus.

Δαδόνεργα castellum Armeniae St. Byz. prior nominis pars redire videtur ad Persica Δαδάκης et Δαδί-  
 και. altera saepissime in nominibus urbium Armeniacarum invenitur, quarum notissima est *Tigranocerta*, cf. etiam Καρναθιόνεργα Sophenes metropolis apud Strabonem (<sup>166</sup>): serius vocatur *Martyropolis*, nunc Միսհերք Նրքերտ et میافارقین *Miyáfâriqain*. iam Hesychius memorat κέρτα Armeniis urbem dici. Armen. հերք կերտ significat fabricationem, deinde aedificium, quo sensu lingua vetus Persica praebet vocem *karta* (<sup>167</sup>). Lassenius quum lingua Sanscrita hoc sensu participium verbi कृ *kri* facere, non adhibeatur, hanc vocem Semiticam esse putavit, ita ut respondeat Hebr. קרת, קרתה et altera pars nominis Phoenicii *Melkarth* quo significatur rex urbis; praeterea comparandum est nomen oppidi Arabici Μαννάκαργα apud Steph. Byz. (<sup>168</sup>). originem vocis peregrinam vir doctissimus eo probare vult, quod Persae artem aedificandi ab aliis gentibus acceperint ideoque simul cum ea nomen peregrinum. siquidem hoc verum est, aliae gentes Persarum magistrae esse non poterant nisi in primis Medi, Babylonii et Assyrii, stirpe Ariana oriundi: Semitica igitur vox iterum esse nequit. praeterea observandum est, hanc vocem in regionibus quoque inveniri, in quibus vix iam tam antiquo tempore gentium Semiticarum ulla vis statui possit. nominatur in Iava insula urbs *Surakarta* i. e. सूर्यकर्त *súryakarta* solis urbs. propterea existimaverim, vocem linguae Achaemenidicae *karta*, Armen. հերք կերտ esse Arianam vernaculamque et hanc cum illa

cognatam; cf. etiam Osethic.  $\text{𐌕𐌰𐌲𐌰}$  *k'art'* aula (<sup>169</sup>).  
 uti lingua Achaemenidica, Armeniaca, Osethica so-  
 lis hoc verbum *karta* diversis formis servatum est:  
 sic alia vox linguae veteris Persicae, quamvis in lin-  
 gua neopersica obvia, ad aedificandi quoque ar-  
 tem pertinens, Armeniaca demum confirmatur. dico  
 de verbo Achaem. *tá'ara*, cui literis tantum neo-  
 pers.  $\text{تَاجَر}$  *tag'ar*, omnibus autem ex partibus Arm.  
 $\text{տաճար}$  *taj'ar* templum, palatium, domicilium, re-  
 spondet (<sup>170</sup>). —  $\text{Δούβιος}$  nomen oppidi Armeniaci (<sup>171</sup>),  
 cui comparandum est nomen provinciae Armeniacae  
*D'ubáñã* in inscriptione Behistuniensi. quo Ben-  
 feyus quum litera ñ in duobus tantummodo nomi-  
 nibus Armeniacis redeat nondumque certo legi pos-  
 sit, provinciam  $\text{Տարուբերան}$  *Túrúbèran* vel  $\text{Տարուբերան}$  *Tarúbèran* significari putat (<sup>172</sup>). propius  
 autem accedit et ad Gr.  $\text{Δούβιος}$  et Achaemenidicum  
*D'ubáñã* Armeniorum  $\text{Դովին}$  *Dovin*. — *Zára* urbs  
 Armeniae apud Strabonem, ubi et  $\text{Ἄζαρα}$  legitur, for-  
 tasse eadem quam Ptolemaeus *Zaruana*, Plinius  
*Zoaranda*, *Zoroanda* dicit, nunc  $\text{Չարուանդ}$  *Za-  
 rovand* vel  $\text{Չարեհավան}$  *Dsarèhavan* dicta (<sup>173</sup>).  
 haec vox cohaerere videtur cum nomine gentis Per-  
 sicae  $\text{Ζάραγγοι}$ ,  $\text{Ζαραγγαῖοι}$ , quam inscriptiones Achae-  
 menidicae *Zaraka* appellant (<sup>174</sup>), porro cum no-  
 mine viri Persici regisque Armeniaci  $\text{Ζαργιάδης}$  sive *Za-  
 ριάδης*, urbis Bactrianae  $\text{Ζαρίασπα}$ , Dianae apud Per-  
 sas  $\text{Ζαρήτις}$  dictae (<sup>175</sup>). cogitare possumus quod ad  
 originem vocis attinet de nomine Zend.  $\text{𐬰𐬀𐬎𐬌𐬎𐬀}$   
*zarayag̃h* lacus in universum et praesertim nomen

lacus Sacastaniae (<sup>176</sup>), aut de Zendico *𐬰𐬀𐬎𐬎 zara* aurum vel *𐬰𐬀𐬎𐬎 zairi* (cll. Sanscr. हरि *hari*) unde quidem Zoroastris nomen originem duxit (<sup>177</sup>). — *Καμβυσινή* regio Armeniae maioris apud Steph. Byz. et Strabonem (<sup>178</sup>). radix nominis eadem esse videtur quae Persici *Καμβίσης*, lingua vetere Persica *Kabug'iyā* appellati; dico Sanscr. कम्बोज *kambōg'a* (<sup>179</sup>). — *Κυδρήνη* urbs Armeniae, St. B. quocum nomine conferatur urbis Phrygiae versus Lydiam sitae nomen *Κύδραρα* (<sup>180</sup>). — *Κῦρος* fluvius Armeniae etiamque Persidis (<sup>181</sup>), Armeniace *կուր kúr*, Pers. کور *kur* dictus. nomen esse Arianum patet neque vero cum nomine magni Cyri componere vellem (<sup>182</sup>). — *Μάσιον ὄρος* in Armenia saepiusque ipsis huius regionis incolis dictus est hic mons *Մասիս Masis* (<sup>183</sup>). non discernam num fortasse hac voce contineatur hodiernum *𐬀𐬎𐬎 mēds*, Zend. *𐬎𐬀𐬎 maz*, *𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎 mazista* de quibus verbis iam supra diximus. eodem redeunt nomina Persica quae laudantur *Μασίστης*, *Μασίστιος* etc. — *Νιφάτης* Armeniae mons ita Graecis, ipsis vero Armeniis *Նիպատ* *Npat* vel *Նիպատախան* *Npatakān* dictus (<sup>184</sup>). nobis in mentem revocat nomen *Νιφάτης* ducis Persici apud Arrianum (<sup>185</sup>). neque vero putem utrumque nomen plane idem esse. ducis nomen fortasse congruit cum Scr. निपातिन् *nipátin* occidens, caedens, cuius tenuis labialis more Zendico inter duas vocales aspirata est. montis autem nomine fortasse radix Scr. भ *bhā* (de aspirata duriore cf. cognatas formas Graecas *φάω*, *φαίνω*) fulgere continetur, uti Cau-



casi nomen ad radicem Scr. कास् *kás* idem significantem redit. eodem pertinere videtur Νίβαρος Armeniae mons apud Strabonem. neque vero scio quomodo radicis Armeniacae պատ *pat* rationem explicem. hac prodit verbum պատմիք *patèm* quod aut contractum est ex प्रति *prati* et दा *dá* igitur proprie circumdare (de *m t* cf. ipsum verbum տալ *tal* dare), aut formatio verbalis particulae प्रति *prati*, cuius *r* linguae Arianae omittunt, ita ut habeas Achaemen. *patiy*, Zend. 𐬯𐬀𐬯𐬀𐬀 *paiti*, Arm. պատ *pat* (in compositis permultis), Pers. پی *pai*. auctum addita sibilante est Achaem. *patisch* quod genuit neopersicum پیش *písch*, *pésch* (<sup>186</sup>). — Πίσις Armeniae mons oppidumque apud Steph. B. mihi in mentem vocat vocem Achaemenidicam *piçá*, instrumentalem nominativi *piçá*, quem recte Benfeyus cum Zend. 𐬯𐬀𐬯𐬀𐬀𐬀 *paéçe* et radice Scr. विश् *piç* formare, figurare, comparat. addo praeterea 𐬯𐬀𐬯𐬀𐬀𐬀𐬀 *piçangh* cui respondet Vedicum पेश *péçá* a Scholiasta voce रूपा *rúpa* explicatum (<sup>187</sup>). — Σάταλα castellum Armeniae minoris apud Steph. B.; Straboni vero urbs Gordyaeorum in Mesopotamia (<sup>188</sup>). similiter sonant nomina Persica Σατάσπης et Σατιβαρζάνης (<sup>189</sup>). prius significat eum qui centum equos habet: est enim compositum ex Sanscr. शत *çata*, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *çata*, neopers. صد *çad* centum, et Scr. अश्व *açva*, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *açpa*, Armen. տաս *asp*, neopers. اسپ *asp* equus. comparandum est nomen mythicum بیوراسپ *Baiverasp* qui decem millia equorum habet, ex بیور *baiver*, Armen. բիւր *bèur*, բիւր *biur*, Zend. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *baévarē* centum

millia, Scr. भूरि *bhūri* multus, et اسپ *asp* equus. Σατιβαρζάνης vero aliter accipiendum esse videtur. posterior enim vocis pars redit ad Zendic. 𐬯𐬀𐬎𐬎𐬀 *varēza* peractio, a radice Zend. 𐬀𐬎𐬎𐬀 *vērēz* facere, agere, Sanscr. वृह् *vṛih* erigere, tollere, nisi forte Βαρζάνης propius accedit ad Zd. 𐬯𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎𐬎𐬀 *vērēzyag̃ha* agens, activus (cuius forma est proprie comparativa). eo fortasse etiam pertinet *Bar-salium*, Ptolemaei *Barzalo*, Ammiani Marcellini *Barzala*, nomen Persicum Βαρζαέντης vel Βαρσαέντης et nomen filiae Darii Βαρσίνη<sup>(190)</sup>. Σατιβαρζάνης igitur eum significat cuius actio est σατι, qui σατι agit. ad posteriorem hanc vocem fortasse pertinet Zendicum 𐬎𐬀𐬎𐬎𐬀 *saitim*<sup>(191)</sup> quod praestantiae notionem exprimere videtur. — Σκυδίσσης nominatur Armeniae Pontique mons<sup>(192)</sup>. non procul abest radix Zendica 𐬎𐬀𐬎𐬎𐬀 *skyut*, Scr. च्युत् *c'yt* stillare, fluere, agere<sup>(193)</sup>. eodem pertinere videtur Σκυθινοί nomen gentis Armeniacae apud Xenophontem, Σκυθηνοί Stephano Byz. dictae<sup>(194)</sup>. — Τάοχοι quae gens a Xenophonte inter Armeniam Pontumque ponitur<sup>(195)</sup> Stephanoque Byz. Τάοι dicitur, fortasse sese denominarunt a Zd. 𐬯𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎𐬎𐬀 *taokhma* etc. de quibus iam supra ad n. 47. dictum est. ceterum in hac voce meminimus etiam gentis Scythicae quae orientalem maris Caspii oram incoluisse dicitur, Δάαι qui a Strabone Ptolemaeoque, Δάοι qui a Stephano Byz. nominantur. — Τίγρις fluvius Armeniae insignis, Achaem. *Tigra* (unde dicuntur *Tigrakhudá* qui Tigrim bibunt, accollunt), etiam castelli Armeniaci in inscriptione Behi-

stuniensi, postea fortasse *Tigranocerta* dicti, quibus iam propinquum esse videtur regium *Tigranis* nomen (<sup>196</sup>). hanc vocem plane Persicam significare sagittam, inter omnes constat (<sup>197</sup>). Armeniis dicitur fluvius Դկղաթ *Dkghath* quae forma propius accedit ad Semiticas دجلة, تیگر, تیس (198). *Tigra*, *Tígyis* vero eadem radice ortum est qua Armeniaicum տէգ *tég*, quod acumen, pilum significat, Persicum تیغ *tígh* gladius, تیز *tíz* acutus, vehemens, unde تیزی *tízí* acies (mutata palatali Sanscrita त्रि g' in Arianum z quod saepius fieri solet). redeunt enim haec omnia ad radicem Sanscr. त्रि *tig'* caus. acuere (<sup>199</sup>). Persicum تیر *tír* dicit Pottius pertinere ad Sanscr. तीव्र *tívra* magnus, violentus, crassus, quod tum etiam de Baluc' *thír* dicendum fuisset; Zendicum vero 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *tag'áo* etc. fortasse pertinere ad Persicum تاز *táz* (cursus, impetus). equidem elisionem literae g' vel g in Persico تیر *tír* et Baluc' *thír* statuere malim, ita ut omnibus una subsit radix. ceterum quod ad notionem vocis *Tigra*, *Tígyis* attinet, conferantur praeterea Persica تیراب *tíráb*, تیزاب *tízáb* (torrens). — *Zimara* urbs Armeniae minoris (<sup>200</sup>) fortasse a regione aspera ita dicta est. significat enim Zend. 𐬀𐬀𐬀 *zima*, Scr. हिम *hima* hiemem, quibus accedunt Persic. زمستان *zimistán*, Oseth. 𐌆𐌆𐌆𐌆 *zimag*, Arm. ձիւն *tsmèr'n* hiems, ձիւն *tsiun* nix (<sup>201</sup>). — Ἰδαρά castellum Armeniae apud Strabonem (<sup>202</sup>) revocat nobis nomina Ariana Ἰδαράνης, Ἰδαράναι, Ἰδάσπης. — Nominantur a Stephano Byz. Ὠβαρηνοί, gens Armeniae, cuius no-

men compositum puto. prior vocis pars est *u* respondens Zendico *hu* in *hufēdra* valde praestans, *humata* bene cogitatus, *hudhāoman* bonam possidens scientiam, *huçrayagh* bene audiens etc., Achaemenidico *u* in *Ufrātu* Euphrates, *uwaspa* equis abundans, *ubarta* bene sustentatus etc., Sanscrito *su* praefixo satis frequenti<sup>(203)</sup>. altera vocis pars est fortasse cognatum Sanscrito *bharaṇa* nutritio, sustentatio, cf. Achaemen. *ubarta* supra commemoratam. — Ὠτηνή denique quo nomine Stephanus Byz. partem Armeniae significat, nunc *Uti* dicta<sup>(204)</sup>, eodem praefixo incipere videtur. reliqua fortasse redeunt ad radicem Scr. *tan*, Zend. *tan* extendere.

Praeter haec nomina geographica quae ex parte explicare vel certe cum reliquis Arianae stirpis nominibus coniungere conatus sum, nihil nobis relictum est nisi nomina propria hominum aetatis antiquae a Mose Chor. aliisque servata, quae quemadmodum etymologice ipsa Armeniorum lingua explicari possint Schroederus docuit<sup>(205)</sup>. equidem de singulis tantum vocibus dicam.

Nomina *Armènak* filii *Haici* (de cuius nomine iam diximus), *Armayis*, *Aram*, *Arah* (*Արմայիս*, *Արամյիս*, *Արամ*, *Արայ*)<sup>(206)</sup> indolis sunt Arianae; redire enim videntur ad radicem Sanscr. *ram*, Zendicam *ram* delectari, gaudere; cum praef. *ā* idem et quiescere, inde neopers. *āram* quies et *āramīden* quiescere. radice simplice derivantur Zend. *rāman* subst.



ad Arm. գեղ *gegħ* pulchritudo, quod cum Graeco κάλλος, καλός comparare tamen cunctor. nomina Pharochi et Tzolaci (quorum hoc nobis Dzohacum mythorum Persicorum in mentem revocat) revera significant quod adiectiva volunt iis a Mose Chor. tributa, արի *ari* et կայտառ *kaitar*: significat illud fortem, validum, hoc velocem, agilem. Gèghami stirpe sub regno Artaxerxis nepotis Valarsacis, gignitur Վարժ *Varsh* <sup>(213)</sup>, iuvenis venandi peritus, et revera lingua hodierna վարժ *varsh* significat peritum. fortasse nomen cohaeret cum radice Sanscr. वृष् *vřisch* potentem esse, vel cum Scr. वृह *vřih*, Zend. 𐬵𐬀𐬯𐬀 *vërëz* agere, facere. — Arami filius est Արայ *Arah* cuius notum est quod cum Semiramide gessit bellum <sup>(214)</sup>. ab eo Armenii deducunt nomen montis Ararat cuius vera origo iam supra proposita est. eius filius est Կարդոս *Kardos* <sup>(215)</sup>: non dubito quin hoc nomine vestigium quoddam propinquitatis cum nomine Curdorum, Gordyaeorum contineatur. inter nepotes Arayi nominatur Սուր *Súr* <sup>(216)</sup>, cuius nomen hodierna lingua Armeniaca acutum, acrem significans (cll. fortasse Pers. سوزن *súzen* acus), duplici ratione explicari potest aut Sanscrito सुभ्र *subhra* splendens, quod Zendice in 𐬵𐬀𐬯𐬀 *cuwra* transit <sup>(217)</sup>, aut quod equidem praefero, Zendico 𐬵𐬀𐬯𐬀 *çúra* fortis, virilis <sup>(218)</sup>. — Չավան *Zavan* nomen recordari nos iubet Zendici 𐬵𐬀𐬯𐬀 *zavana* partic. praes. med. radiceis 𐬵𐬀 *zı* vel 𐬵𐬀 *g'u*, Sanscr. जीव *g'ıv* vivere. sibilantem *z* habet hac in voce praeterea lingua neopersica زند *zendeħ* et Baluc'ica *zindagħ* vividus. hodierna

autem lingua Armeniaca, uti Gothica et Germanica vetus, ostendit gutturalem duriores: *hēam* vivo (<sup>219</sup>). — *Հավակ* *Havanak* redire potest ad radicem Scr. सु *su*, सू *sū* parere, gignere, Zendic. *hu*, unde Zendica *havağh* progenies, *hāvani* ortus diei, solaris vel simile quid (<sup>220</sup>). eiusdem est radicis Armeniac. *հավ* *hav* initium, *հավել* *havel* incipere. — nomini *Ամպակ* *Ampak* iam Schroederus significationem nubeculae tribuit. neque vero suffixum *կ* *k* hic dixerim deminutivum, sed derivationem alio sensu explicuerim, ita ut fortasse nubigena intelligendus sit. vocabulum *ամպ* *amp* nubes convenit cum Scr. अम्भस् *ambhas* vel अम्बु *ambu* aqua, अम्बर *ambara* coelum, अम्बुद *ambuda* nubes, quae omnia ad radicem अम्ब *amb* vel अम्भ *ambh* ire, sonare redeunt. Zendicum autem *awarēm* cum neopers. *eber* ad Sanscr. अभ्र *abhra* redit, cl. Zendico *ábērēta* aquam ferens. — nomen *Արնակ* *Arnak* derivandum esse videtur a nomine *այր* *air*, genit. *արն* *arñ*, quod cohaeret cum Sanscrito वीर *vīra* cuius vocalis *ī* ex priorē *á* vocis वार *vāra* in formatione praegressae orta est. similiter Graecum *ἄρσην*, *ἄρρην* oritur radice Scr. वृश्च *vřisch* (<sup>221</sup>), ita ut abiiciatur initiale *v*. quum autem Armen. *այր* *air* non simpliciter virum, sed fortem, grandem significet: optime cum Scr. वीर *vīra* convenit. — nomen *Բազուկ* *Bazuk* sono plane congruit cum substantivo *բազուկ* *bazúk* brachium, Zend. *bázu*, Sanscr. बाहु *báhu* vel बाहु *váhu* (uti iam supra diximus), neque vero puto suffixum *կ* esse deminu-

tivum, sed accipiendum uti in nomine  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$ , ita ut vox plane respondeat nomini proprio Sanscrito  $\text{वाहुक}$  *Váhuka* et significet virum brachio (forti) praeditum. — nomine  $\text{Ვ᲏ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *Kaipak* contineri puto Zd.  $\text{𐬕𐬀𐬎𐬎}$  *kava* vel  $\text{𐬕𐬀𐬎𐬎}$  *kavi*, neopers.  $\text{کای}$  *kai* rex <sup>(222)</sup>. gignit hic *Skayordium*. filius *Skayordii* [ $\text{ᲠᲕ᲏ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  cuius nomen ex hodierna Armeniorum lingua explicari potest: gigantis filius,  $\text{սկահ}$  *skah* est gigas et  $\text{որդի}$  *wordi* filius, Scr.  $\text{पुत्र}$  *putra*, Zend.  $\text{𐬎𐬀𐬎𐬀}$  *puthra*, neopers.  $\text{پسر}$  *puser*, cf. de transpositione literarum *t* et *r* Oseth.  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *firt'*, uti vocem compositam esse iam Schroederus exposuit <sup>(223)</sup>] huius igitur *Skayordii* filius est  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *Paruir* qui ab Arbace Medo adiutus regnum Sardanapali evertit <sup>(224)</sup>. eius nomen hodierna quidem lingua *gyrum* significat neque vero simplex sed compositum esse videtur ex  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *pari* quod aut cum Sanscr.  $\text{पर}$  *para* (eximius, praecipuus) componendum aut dialecticam esse formam hodierni  $\text{բարի}$  *bari* (cf. Scr.  $\text{वर}$  *var*, Zendic.  $\text{𐬀𐬎𐬀𐬀}$  *vērē* eligere, optare, unde Scr.  $\text{वर}$  *vara* egregius, Zend.  $\text{𐬀𐬎𐬀𐬀𐬀}$  *vērēta* ce-leber) putem, et Sanscr.  $\text{ऊरु}$  *uru* femur, quod linguae Armeniorum veteri fortasse usitatum fuit, uti in lingua Sanscr.  $\text{वरोरु}$  *varōru* frequens est formosarum feminarum epitheton. ad explicandum nominis  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *Paruir* partem posteriorem offertur praeterea Zend.  $\text{𐬀𐬎𐬀}$  *uru* largus, grandis aut  $\text{𐬀𐬎𐬀𐬀𐬀}$  *urva* gloriosus cl. Sanscr.  $\text{ऊरु}$  *uru* magnus <sup>(225)</sup>. — Paruiri filius nominatur  $\text{ᲠᲗ᲏ᲠᲗ᲏ᲠᲗ}$  *Hrac'èah* <sup>(226)</sup>, cuius nomen fortasse cum Sanscr.  $\text{प्रक्षय}$  *prakschaya* exitium, interitus, componere licet <sup>(227)</sup>. inter ne-



potes appellatur Երովանդ *Èrovand*. revocat mihi in mentem haec vox Zendicum 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *áurvat* currens, quod quidem plerumque de equo (𐬀𐬀𐬀𐬀 *acpa*) in libris Zendicis dici solet, neque procul abest 𐬀𐬀𐬀𐬀 *áurva* eximius. subest his verbis radix 𐬀𐬀𐬀𐬀 *áurv*, neopers. 𐬀 *rev*, 𐬀𐬀𐬀 *resten*, Scr. 𑀅𑀺𑀢 *arb* ire. huc etiam pertinet Armen. Երևա՞ր *èriwar* equus (<sup>228</sup>). nomen Երովանդ *Èrovand* Schroederus interpretatus est Epiphanium, cogitans de verbo Երևիմ *èrèvim* appareo, quod fortasse ad eandem cum substantivo արև *arèv* (sol) radicem redit, quam Windischmannus esse putat Sanscr. स्वर *svar* splendere (<sup>229</sup>). Èrovandi filius est Տիգրան *Tigran*, cuius nomen aperte redit ad vocem *Tigra*, *Tigris* iam supra tractatam et convenit cum Latino Graecoque *Tigranes*. nota est eius cum Cyro Persa amicitia (<sup>230</sup>). tres sunt eius filii Բաբ *Bab*, Տիրան *Tiran* et Վահագն *Wahagn* (<sup>231</sup>). duo priora nomina redeunt ad radices de quibus iam supra egimus, et Բաբ *Bab* quidem ad Phryg. πάπας, Pers. باب *báb* etc.; Տիրան *Tiran* ad Arm. տէր *tér* (dominus), տիրել *tirel*, quibuscum supra coniunximus Phrygium τύραννος. nomen Վահագն *Wahagn*, ex quo deducitur Vahnuniensium (Վահունիք) tribus (<sup>232</sup>) fortasse quod ad literales initiales attinet, redit ad radicem Zendicam 𐬀𐬀𐬀𐬀 *vağh*, 𐬀𐬀𐬀 *vah* bonum esse, neopers. 𐬀 *bih* bonus, respondente Scr. वसु *vas* sensu quidem diverso, cuius derivata sunt Zd. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *vağhu*, Sanscr. Ved. वसु *vasu*, aut 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *vóhu*, compar. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *vahya*, superl. 𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀𐬀 *vahista*, Scr. वसिष्ठ *vasischtha*, clarus, bonus,

sanctus, Zend. *𐬯𐬀𐬎𐬎𐬀𐬎𐬀* *vag̃hag̃h*, Sanscr. वसस *vasas* excellentia <sup>(233)</sup>. posteriorem vocis partem mihi plane obscuram omitto. Vahagro gignitur *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Ařavan* filius qui Ařavaniensibus (*𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀*) nomen dat <sup>(234)</sup> cuiusque nomine num Scr. अर *ara* citus, celer contineatur necne non discernere audeo. gens eius in hunc modum progreditur: *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Nèrseh*, *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Zareh*, *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Armog*, *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Bagam*, *𐬀𐬎𐬀* *Van*, denique *𐬀𐬎𐬀* *Vahé*, quo ab Alexandro Macedone interfecto omnis de rebus ab Armeniis gestis relatio vernacula obmutuit, ita ut C'amc'èanus rerum Armeniacarum scriptor autoribus classicis uteretur, quibus tempus Vahem inter et Valarsacem interiectum expleret. nomen *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* congruere mihi videtur cum Zend. *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Nairyôcag̃ha*, quod proprie est Yazatae nomen et respondet Scr. नराशंस *narâçam̃sa*, Persis enim est daemon qui hominibus Auramazdae verbum affert <sup>(235)</sup>. *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Zareh*, cuius proles est Zarèhnavaniensium gens (*𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀*), nomen fortasse ex eodem fonte hausit de quo fluxerunt nomina *Zara*, *Ζάραγγοι* etc. iam supra tractata. finale autem *𐬀* nominis *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *Zareh* fortasse reddit literam antiquam *s* nominativi indicem quam quidem plerumque post literam *a* in linguis Arianis abiici diximus, lingua vero Zendica in *o* mutatam servare solet. — nomen *Armogi* *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* sonis quidem notissimis incipiens (cf. *Armenia*, *Armenii*, Zend. *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *ârmat*, *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* *ârmaiti* etc.) aliis tamen explicandum relinquo. — *Bagam* *𐬀𐬎𐬀𐬎𐬀* proxime accedit ad nomen Zend. *𐬀𐬎𐬀* *bâga* etc. de quibus iam supra ad vocem

Phrygiam *Βαρυαῖος* satis actum est. — nomen  $\text{վան}$  *Van* esse potest nomen agentis radicis Sanscr. वन *van*, Zend.  $\text{𐬵𐬀𐬎}$  *van* sensu protegendi, tuendi dictae. inde derivatur part. praes. Zend.  $\text{𐬵𐬀𐬎𐬀}$  *vanat* vigilans. quum vero Scr. वन *van* nusquam tuendi sensum habeat: iure nos convertamus ad eam radicis वन,  $\text{𐬵𐬀𐬎}$  *van* notionem, quae in libris Vedicis Zendicisque lectori occurrit, ad notionem perdendi occidendi. nomen agens inde derivatur  $\text{𐬵𐬀𐬎𐬀}$  *vana* perditor, cf. sensum quem supra nomini  $\text{𐬵𐬀𐬎𐬀}$  *Hraćeah* tribuimus (<sup>236</sup>). hodierna Armeniorum lingua hanc radicem sub forma  $\text{վանել}$  *wanel* (expellere, frangere) integram servavit. ultimum huius genealogiae nomen  $\text{վահե}$  *Wahé* compono cum iis verbis quae supra ad nomen  $\text{վահագն}$  *Wahagn* attuli. praeterea comparo nomina  $\text{վահրի}$  *Wahrj* et  $\text{վահան}$  *Wahan* apud Mosem Chorenensem.

Paucis his exemplis quibus magna nominum veterum Arianorum et Armeniacorum patet propinquitas, demonstrari videtur, Xenophontis relationem supra laudatam fortasse ad similitudinem linguae Persicae atque Armeniacae pertinere posse. suntque hi Herodoti et Xenophontis loci longe gravissimi quos nobis antiquitas tradidit de quibusque propterea paullo ampliore disputatione agere volui. nihil restat testimoniorum antiquorum de linguae gentisque Armeniacae ratione primitiva, quod fusius exponerem. de duobus tantummodo scriptorum Graecorum locis nonnulla addam et primum quidem afferam Strabonis locum (<sup>237</sup>) qui Arabes Syros Armeniosque propter linguae originisque rationem con-

iungit. sed recte Diefenbachius (<sup>238</sup>) monet, hoc nequaquam premendum esse, quum idem auctor Arianos quoque addat et alio loco (<sup>239</sup>) Armenios Medis Thessalisque cognatos esse dicat. neque vero in altero Strabonis loco Armenios in Aramaeos mutandos esse puto. Strabonis potissimum auctoritate fretus Bochartus (<sup>240</sup>) propinquitatem linguae Armeniacae et Aramaeae falso defendit. orta est haec confusio similitudine nominis Aramaeorum et Armeniorum, uti et paraphrastes Arabs Parisiensis sub voce אַרְמִי (241) Armenios (ارمن) intellexit. valde ambigua erat apud scriptores veteres de ethnographica Syrorum ratione opinio. recta nobis Plinius, Pomponius Mela, Herodotus de nexu gentium terras Mesopotamiae latiores incolentium tradunt: falso tamen his quod ad originem attinet Syros adiungere solent (<sup>242</sup>). ceterum nomen Mesopotamiae quam gentes Arianae tenuere, apud Hebraeos usitatum, אַרְמִי אוֹ נְהַרְרִי aut solum אַרְמִי (<sup>243</sup>) arctius cum nomine Armeniorum eiusque radice Ariana cohaerere videtur, deinde ad Syriam transiisse: aut plane alterum nomen ab altero differt.

Alter locus quem postremo afferro est Damis Ninii apud Philostratum (<sup>248</sup>): τὰς φωνὰς τῶν βαρβάρων, ὅποσαι εἰσιν, εἰσὶ δὲ, ἄλλη μὲν Ἀρμενίων, ἄλλη δὲ Μήδων τε καὶ Περσῶν, ἄλλη δὲ Καδουσίων, μεταλαμβάνω δὲ πάσας. non fortuito opinor iunxit autor linguas gentium quas nos maxima ex parte Arianas esse certo scimus.

Quodsi iis quae iam disputavi, probatur, paucis linguae Phrygiae reliquiis nonnulla et certissima indolis Arianae indicia contineri gentisque Phrygiae cum Armeniis propinquitatem demonstrari, deinde nomina Armeniaca antiquitus conservata una ex parte ad radices Arianas in universum, ex altera ad hodiernam gentis linguam redire: haec duo satis certo concludi posse videntur:

1. linguam veterem Armeniacam cum ea quae auctorum classicorum aetatis Christianae operibus contineatur cuiusque maxime in adnotationibus proposui exempla, arctius cohaerere atque ad stirpem Arianam pertinere;
2. gentes Arianas etiam in Asiam minorem esse effusas.

Prior conclusio maximi est momenti, quum nomina supra tractata antiquissimae sint sermonis Armeniaci exiguae reliquiae uti iam dixi, et omnis profundior disputatio de hac lingua instituenda intra scriptorum christianorum fines coerceatur. notum quidem est, in litore lacus Arsissa dicti a beato Schultzio aliisque multas repertas esse inscriptiones cuneatas, quae tamen nondum lectae explicitaeque sunt. his Armeniaca contineri maximam veri habet similitudinem. fama fert, virum cl. Rawlinsonium, sagacissimum inscriptionum Behistuniensium interpretem, etiam has legisse atque verborum formas non solum Armeniacas, sed Turcicas etiam invenisse: multa autem me movet dubitatio atque suspicio: quid enim hic Tatarica? omnia enim quae in lingua Armeniaca ad indolem Tataricam ducere

viris doctissimis videbantur, uti terminatio pluralis *եր-er* sive *երբ ար* (<sup>245</sup>), ipsarum linguarum Armarum-ingenio et explicanda sunt et explicari possunt. inscriptiones denique ipsis Armeniorum literis compositas aetatem Christianam non superare omnes norunt.

Opus antiquissimum literarum Armeniacarum est Agathangeli, qui vixit 286-342. aer. Chr., historia Armeniae neque vero primitus lingua Armeniaca conscriptum esse videtur. cantus populares, quos saepius a Mose Ch. commemorari iam supra dixi, prisci vix omnino ingenii, multo igitur minus linguae testimonia esse possunt. literas autem apud veteres Armenios floruisse, diversis Mosis Choren. aliorumque scriptorum historicorum locis elucet neque vero nobis quidquam relictum traditumque. memorabile habemus opus de lingua Armeniaca compositum: dico versionem Armeniacam grammaticae Graecae Dionysii Thracis, cuius sunt capita viginti sex. viginti unum respondent Graecis: reliqua quinque de prosodia, accentu, pedibus metricis, coniugatione, terminis grammaticis, declinatione agunt. qui liber, ab Armenio Cierbied Graece et Armeniace editus (<sup>246</sup>) exhibet formas verborum, quae nunc exoleverunt neque amplius inveniuntur atque propterea a viro cl. Petermanno fictae putantur. iure tamen contendere potest, linguam Armeniacam (quae est omnium linguarum statu priore ratio) maiore olim formarum ubertate floruisse quae nunc variis gentis fatibus concussa et perturbata perierit: commemoro, apud hos vel illos scriptores Armeniacos

antiquissimi temporis Christiani inveniri Coniunctivum Imperfecti, autoribus praecipue classicis amissum. porro vir ille ingeniosus qui Dionysii Thracis grammaticam vertit quo fraudis suspicionem excitare possit non apparet; linguam vero optime perspexisse videtur quum Aoristi formas in lingua Armeniaca peracute cognoverit quas ipsi Armeniorum Grammatici perfecto attribuendas esse putarunt. me illam grammaticam adhuc assequi non potuisse valde doleo.

Praeterea disputatione praemissa hoc concludi posse videbatur: gentes Arianas etiam in Asiam minorem esse effusas. magni sunt momenti quae inde ad historiam migrationis gentium imprimis Ariarum conferuntur. quem enim locum occupet lingua Phrygia vidimus, de Armeniaca saepius in univsum dixi et singula quoque argumenta in adnotationibus quoad licuit protuli. iam ubi haec constant, longiore occidentem versus via gentes Arianae progrediuntur.

Argumentis fere planae historiae fide dignis probatum est, antiquissimis temporibus quibus nonnulla fortasse et vetustissima quidem Vedorum Indicorum carmina composita sint, gentes Indicas atque Persicas (ut de reliquis hic taceam) unâ vixisse et unius gentis vinculo coniunctos fuisse. perturbatio rebus sacris orta (cf. quae supra pag. 7. de vocibus देव *déva*, दाैव daéva, ڤه *dev*, دیو *dív*, *dév* disputavimus) gentes separavit, Indos de Pentopotamiae montibus quos una cum Arianis tenuerant (<sup>247</sup>) meridiem versus in Indiam proprie di-

